

1679.

19. Mullerus, Petrus : De eo, quod justum est circa misericordiam.
- 20<sup>a. b.</sup> Mullerus, Petrus : De interstitio praediorum.  
2 Exempl. 1679-1713
21. Mullerus, Petrus : De causis Honorum. Ed. 3. 1715.
- 22<sup>a. b. c. d.</sup> Mullerus, Petrus : De literis amatoriis  
4 Exempl. 1705, 1713, 1717, 1735.
- 23<sup>a. b.</sup> Mullerus, Petrus : De odio secundarum nuptiarum.  
3 Exempl. 1679, 1737-1747.
24. Ruhl, Henric. Baeths, Facult. jur. decanus : ad  
disputationem in ang. Bernhard. Bergneri innotat.
25. Ruhl, Henric. Baeths : De vini usui legato.
- 26<sup>a. b.</sup> Ruhl, Henric. Baeths : De laudemio. 2 Exempl.
- 27<sup>a. b.</sup> Ruhl, Henric. Baeths : De potestate donici territorii  
et relativa subditorum obligatione
28. Sagstarius, Caspar : Historia antiqua liberae etque  
Imperialis civitatis Norimbergae

1679.

29. Simon, Joh. Georg: Jura emigrandi...
30. Simon, Joh. Georg: De denegatione alimentorum
31. Struvius, Georgius Adamus: De unione provinciarum...
32. Struve, Georgius Adamus: De administratione rerum  
ad civitates pertinentium.
- 33<sup>a et</sup> = Struve, Georgius Adamus: De dolo bono advocati  
2 Exempt. 1679 = 1698.
34. Struvius, Georgius Adamus: De beneficio competentiae
35. Struve, Georgius Adamus: De liti contestatione







1716.

1679, 29

7

20

JUR A  
EMIGRANDI

PRÆSIDE  
DN. JOH. GEORG. SIMONE, D

VENTILANDA. PROPONIT  
JOACHIM. A. *Griffwik*  
EQVES. SILESIVS

JENÆ

TYPIS. MÜLLERIANIS. 1679.

8.

LIBRARY  
HILGARDI  
OF THE  
MONASTERY





## PROOEMIUM.

**A**cturusne tandem operæ sim  
pretium, in conscribendis, à  
primordio, Migrationum Ju-  
ribus, nec satis, curioso Lector,  
scio, nec etiam, si scirem, dice-  
re impræsentiarum ausim. Sedes sanè com-  
mutare patrias, novaque in territoria conce-  
dere, rem veterem atque provulgatam video,  
quocirca, prolixiores adhuc Commentarios,  
laborantibus, eorum mole, Musis imponere  
pariter ac obtrudere piaculum æstimo. Nec  
tamen cum iis facere animus est, qui nostri  
semper seculi gloriolam captantes, aliquod  
excogitaturarū in forum allaturos se, aut deli-  
cato certè fastidientium palato velificaturos  
credunt. Utrumque licet, erit; juvabit, Livii  
exemplo, belli pacisq; variæ memoriæ, æque  
ac justitiæ migrandi, ancipiti hucusq; applau-  
su reciprocatae pro virili, atque memetipsum

consuluisse. Adeò namque perturbavit fata-  
lis motuum rabies, hoc & priori seculo, per  
discedendi instantiam, exagitata, non tantum  
quicquid terrarum oceano alluitur, sed &  
quod firma tellure continetur: nec populos,  
anteà nobis vel nomine cognitos, dereliquit;  
quos certè neque Romana virtus, neque ul-  
læ priscorum literæ penetrarunt. Et si etiam,  
in tanto scribendi cacoëthe nostratum, fama  
mei hætenus elaborati studii prorsus in ob-  
scuro est; nobilitate tamen & multitudine  
eorum, qui nomini officient tumultuosè  
meo, me consolet. Trahit quippe sua quem-  
que meditando libido, & cum, pro meritis o-  
peram navantem, tranquillitatis insimul &  
turbulentiaë folio haud inopinatum manci-  
pat. Idem & me subiisse fatum persentisco:  
qui anxiam hucusque rerum multiplicitate, ne-  
que non molestam dissentientium vertigine  
hinc inde raptus sum, thema interim, & tem-  
pori accomodatum, & studio insimul profi-  
cium reperire nescius. DEUM igitur Ter  
Maximum Statorem petii, cujus umbone fre-  
tus,

7.  
tus, præfens hoc migrandi conamen incipi-  
am feliciter, concipiam medium feliciter, re-  
cipiamque me sub fine felicissimè

## CAPUT I.

DESCRIPTIONEM; CAUSAM  
EFFICIENTEM, TAM PRIMARIAM,  
QVAM SECUNDARIAM; MATERIAM  
SIVE OBJECTUM; FORMAM, FI-  
NEM ET EFFECTUM HUIUS  
JURIS OSTENDENS.

### THESIS I.

1. *Quid sit jus emigrandi, opinio propria.*
2. *Taxatur descriptio Suanemanni.*
3. *Causa hujus juris efficiens primaria est natura.*
4. *Appetitus societatis homini à natura est insitus.*
5. *Notatur Thom. Hobbes dissentiens.*
6. *Argumentum Hobbesii primum.*
7. *Refutatur.*
8. 9. *Opinio & Argumentum Hobbesii secundum.*
10. *Rejicitur.*
11. *Tertium Hobbesii fundamentum.*
12. *Diluitur.*
13. *In infantibus ante omnem disciplinam ostendit sese ad  
bene aliis faciendum propensio.*
14. *Ratio in contrarium, Dn. Ziegleri, aliorumq.*
15. *Refellitur.*

- 1 **E**st autem *Jus emigrandi, facultas, domicilium penitus  
& civitatem commutandi, seque cum bonis suis omni-  
bus pro lubitu aliò recipiendi, legibus tam naturalibus,*  
 2 *quàm statutariis concessa.* Aliter quidem jus emigratio-  
nis describit *Christoph. Svaneman. in Compend. Jur. Emi-  
grand. c. 1. §. 1. p. m. 3.* quod sit tributum, à bonis ex civi-  
tate alio migrantis, magistratui prestandum: Sed illam  
descriptionem, quippe specialem, & nobis jus ipsum cum  
accidente quodam juris confundentem, hâc vice tolerare  
non potuimus, quare de eodem, tanquam speciali adjun-  
cto juris nostri emigrandi, pro nunc in genere considerati,  
ex professo egimus in *cap. 5. huj. Diss.* ad quod Lectorem  
 3 benevolum remissum voluimus. *Causam ejusdem effici-  
entem primariam* benignæ adscribi posse naturæ non diffi-  
teor, quæ hominem non tantum ratione præcedere reli-  
qua animalia finxit; Sed etiam adeo libertate per conces-  
sum totius orbis dominium gaudere voluit, ut ubilibet li-  
berè emigrare, sibi que vacuum terræ particulam occupa-  
re & speciatim attribuere jam valeat, *Dn. Georg. Adam.  
Struv. Syntagm. Jur. Feud. cap. 1. aph. 1. Lud. Molin. de In-  
stit. & Jur. rom. 1. tract. 1. disp. 4. n. 8. p. m. 12. Johan. de  
Dicastil. de Instit. & Jur. lib. 2. tract. 2. disp. 1. dub. 8. n. 82.  
p. m. 123.* Huic similiter ab eadem adjectum videmus ap-  
 4 petitum societatis non qualiscunque, sed tranquillæ & pro  
sui intellectus modo ordinatæ, cum his, qui sui sunt gene-  
ris, *Hug. Grot. de Jur. Bell. & Pac. prolegom. part. 2.* quod  
axioma, ab omnibus sanioris animi receptum, quamvis  
neget, & illud tanquam falsum, pariter & errorem à nimis  
levi naturæ humanæ contemplatione profectum rejiciat  
 5 *Thom. Hobbes. Malmesburiens. in Element. de Civit. c. 1. §.  
2. & seqq.* tamen exinde suo valore non delibuitur. Ver-  
ba *Hobbesi* ita se habent: Causas, quibus homines con-  
gre-

gregantur, & societate mutuâ gaudent, penitus inspectan-  
tibus, facile constabit, non ideo id fieri, quod aliter fieri  
naturâ non possit, sed ex accidente. Nam si homo homi-  
nem amaret naturaliter, id est, ut hominem; nulla ratio  
reddi posset, quare unusquisque unumquemque non æ-  
què amaret, ut æquè hominem; aut cur eos frequenta-  
ret potius, in quorum societate ipsi potius, quàm aliis de-  
fertur honor & utilitas. Non socios igitur, sed ab illis honore  
vel commodo affici, naturâ quærimus, hæc primariò, il-  
los secundariò appetimus. Quo autem consilio homines  
congregentur, ex iis cognoscitur, quæ faciunt congrega-  
ti. Si cœtant enim commercii causâ unusquisque non  
socium, sed rem suam colit. Si officii causâ, nascitur fo-  
rens quædam amicitia, plus habens mutui metûs, quàm  
amoris; unde factio aliquando nascitur, sed benevolentia  
nunquam. Si animi & hilaritatis causâ; solet maximè  
perplacere sibi unusquisque iis rebus, quæ visum excitant,  
unde possit, ( prout est natura ridiculi ) comparatione tur-  
pitudinis vel infirmitatis alienæ, ipse sibi met commenda-  
tior evadere. Etiam si autem hoc innocuum aliquando  
& sine offensâ sit, manifestum tamen est, delectari eos non  
prius societate quàm gloria suâ &c. Haecenus ILLE: Ex 6  
Ex quibus sequens adstruo argumentum: Si in societatem  
homo cœtat solummodò commercii, officii vel animi &  
hilaritatis causâ, sequitur, quod homo naturaliter societa-  
tem non appetat, vel naturâ ad eandem feratur, aliumq; homi-  
nem, ut hominè naturæ instinctu amet. Sed omnes homines  
solummodò in societatem cœtant commercii, officii, item  
animi & hilaritatis causâ. E. indubitatò sequitur, quod  
natura societatem non appetat, vel ad eandem ferantur,  
multò minus, quod naturæ instinctu alium hominem ut  
hominem ament. Sed minorem hujus argumenti mani- 7  
festè

festè falsam esse, evincit illud Logicorum, qui neutiquam  
argumentationem à parte quadam, inordinate sese habente,  
ad totum universale probant, vel justè hoc modo con-  
cludendum æstimant. Hinc non sequitur; pars quædam  
societatem, ex privato quodam & minus rectè per ratio-  
nem formato commodo expetit; ergo totum genus hu-  
manum similiter hoc facit, *add. Dn. Pufendorff. in Ele-  
ment. Jurispr. lib. 2. Observ. 3. num. 2. & seqq. p. m. 398.* Por-  
rò instat *Thom. Hobbes. l. c. p. m. 6.* in verbis: Dicendum  
est, verum quidem esse, homini per naturam, seu quate-  
nus est homo, id est, statim atque est natus, solitudinem  
perpetuam molestam esse. Nam infantes ad vivendum,  
adulti ad benè vivendum aliorum ope indigent. Itaque  
homines alterum alterius congressum naturà cogente ap-  
petere non nego. Societates autem civiles non sunt meri  
congressus, sed Fœdera, quibus faciendis fides & pacta ne-  
cessaria sunt. Horum, ab infantibus quidem & indoctis,  
Vis; ab iis autem, qui damnorum à defectu societatis in-  
expertisunt, utilitas ignoratur; unde fit, ut illi, quia quid  
sit societas non intelligunt, eam inire non possint; hi, quia  
nesciunt quid prodest, non curent. Manifestum ergo est,  
omnes homines (cum sint infantes) ad societatem ineptos  
natos esse: permultos etiam (fortassè plurimos) vel mor-  
bo animi, vel defectu disciplinæ, per omnem vitam ineptos  
manere. Habent tamen illi tam infantes, quam adulti, na-  
turam humanam. Ad societatem ergo homo aptus, non  
naturà, sed disciplinà factus est, &c. Hucusque AUROR,  
Syllogismus ejusdem ita formaliter concludit: Omnes  
qui nascuntur infantes & indocti, illi naturaliter societa-  
tem civilem ignorant, Omnes homines nascuntur infantes  
& indocti. E. Omnes homines naturaliter societatem ci-  
vilem ignorant. Major fortassè probari posset sequenti  
pro



7.  
pro syllogismo: Quicumque naturam ignorat vim foederum,  
quibus faciendis fides & pacta necessaria sunt, ille quoque;  
naturam societatem civilem ignorat. Atqui omnes infantes  
& indocti vim foederum, quibus faciendis fides & pacta  
necessaria sunt, naturam ignorant. E. Omnes infantes &  
indocti naturam societatem civilem ignorant. Majoris con-  
sequentia exinde constat: quod societates civiles non sint  
meri congressus, sed nihil aliud, quam praedicta foedera,  
ad quae celebranda, cum fides & pacta semper necessaria re-  
putentur, omnino disciplinam opus est, quae tamen, ut Mi-  
noris evidentia insimul adstruatur, in infantes ante omnem  
doctrinam & disciplinam cadere nequeunt. Veruntamen 10  
nos in argumento principali libenter concedimus, infan-  
tes & indoctos ante omnem disciplinam societatem civi-  
lem actu non cognoscere, sed magis ignorare: interim,  
cum nos potius occupati simus circa potentiam & inclina-  
tionem naturalem cum facultate recipiendi actualem cog-  
nitionem fidei atque pactorum, quibus humana societas  
colitur; idcirco sic limitamus Majorem; Q. nascuntur  
infantes & indocti, illi per naturam & actu, societatem ci-  
vilem ignorant, & sic concedimus totum argumentum;  
quoniam non distinctam notitiam & actualem scientiam,  
sed appetitum saltem societatis & inclinationem ad eandem,  
adeoque potentiam tantum cognoscendi in praallegatis  
saepius personis praesupponimus, *jung. Hornej. Philosoph.*  
*Moral. l. 2. c. 2. num. 8. Robert. Scharrock. de leg. natur. c.*  
*2. n. 10. p. m. 117. & seqq.* Nec obsunt insuper ea, quae sa- II  
pe citatus *Hobbes* protrudit de illis, qui damnorum a de-  
fectu societatis sunt expertes; hinc cum pericula solitudi-  
nis ignorant, ideo utilitatem societatis, ex mente ejusdem,  
cognoscere vel appetere non valent. Licet enim homo  
extra solitudinem vivens ejusdem solitudinis pericula di- 12

B

stinete

distinctè cognoscere, & eaque à societatis utilitate discernere  
 nequeat, & per consequens societatem naturā, ut ulterius  
 præsupponit, non appetat; attamen consulam quandam  
 notitiam eidem denegare nemo potest, inò indubiam ad-  
 huc nullus consequentiam exinde conficiet, quod videli-  
 cet appetitus societatis auferatur, si quis incommoda vitæ  
 13 solitariae confuse vel distinctè nesciat. Hujus simul natu-  
 ralis societatis appetitus fundamenta cernuntur etiam in in-  
 fantibus ex hoc, quod ante omnem disciplinam in iisdem  
 ostendat sese ad bene aliis faciendum propensio, prudenter  
 à *Plutarcho* observata; sicut & in ea ætate misericordia  
 14 spontè prorumpit, *Hug. Grot. l. c.* Nec contradicit huic,  
 quod in prædictis parvulis, propter corruptissimum ho-  
 minis statum, tota ferè inclinatio ad malum feratur, adeò,  
 ut simul ac in lucem editi sint, in ipsis deprehendantur ma-  
 nifesta iræ, rancoris, fastidii, impatientiæ, aliorumque in-  
 ordinatorum motuum indicia, *vid. Magnif. Dn. Casp. Zieg-  
 ler. in not. ad cit. loc. Hugon. Grat. p. m. 6. cum August. l.  
 1. Confess. c. 7.* in verbis: vidi ego & expertus sum Zelan-  
 tem parvulum; nondum loquebatur, & intuebatur palli-  
 dus amaro aspectu collactaneum suum. Quia exinde non-  
 15 dum indubitato constat, quod ejuscemodi pusillus præter  
 naturam faciat, si quid boni & juri naturali conveniens  
 agat: præsertim cum citati appetitus sensitivi nordinati  
 ex qualitate objecti moventis, aliter sese in infante, quid  
 in intellectus operationibus nondum exercitatus est, ha-  
 bere non possint; atque propterea non statim omnem  
 motum appetitus sensitivi ordinati, & propensionem  
 ad bonum; positis objectis contrariis, (amoris scilicet,  
 benevolentia aut misericordiz) respuunt.

THESIS II.

THESIS II.

1. *Homō etiam generaliter quippe ad societatem aptus se certa sepius societari hominum adiungit.*
2. *Hinc prima inter emigrandi causas efficientes secundarias.*
3. *Alteram procurat magistratus politicus.*
4. *Ratio introducti magistratus politici inter homines post lapsum.*
5. *Quare magistratus ante emigrationem interdum detractionem decernat?*
6. 7. *In detractionis negotio non distinguendi sunt magistratus jurisdictionem altam & bassam habentes.*
8. 9. *Dissentiens Berlich. rejicitur.*
10. *Nonnunquam magistratus ex officio emigrationem imponit.*
11. *Probatnr hoc Opinioe Pufendorfferi.*

**A**Tque ex hoc jure sociali, fufius haftenus allegato, quoniam, uti jam monitum, non tantum in hominibus paratam ad cohabitandum inclinationem producit, (utut hæc aptitudo non statim ipsum cohabitandi actum, præsertim in Jure Gentium, causetur, de quo vid. *Excell. Jctus ac Mathem. Dn. Johann. à Feld. in not. ad Proleg. Hugon. Grot. in verb. cum verò frustra.*) sed etiam pro variâ necessitatum humanarum contingentia, commodum cujuslibet privati non temerè rejicit, indubitato factum constat, ut homo, præter generalem ad se aliis associandum promptitudinem, quoque specialem & cum suis negotiis ac actionibus magis magisque conspirantem conversationem exoptet; quæ jam, quippe circa singularia & contingentia occupata, sepius mutationi temporum & fortunæ obnoxia censetur. Exinde non potest non evenire, ut



homo aliquando suā concreatā libertate utatur; juxta ac  
sibi per migrationem novum conducensque hospitium e-  
3 ligat. Hicce nonnunquam accedit magistratus, tanquam  
*causa efficiens secundaria*: Cum etenim mortales, ex  
præsupposita privata indigentia, aptitudinem naturalem  
4 consociandi in actum jam ipsum societatis traducerent, ut  
& ad resistendum anarchiæ, omnis semper flagitii in Rep.  
causatrici, superiores atque Magistratus erigerent; *jung.*  
*Georg. Horn. in not. ad Boxhorn. Instit. Polit. l. 1. cap. 3.*  
*§b. 15. p. m. 25.* quo rō bene esse omnium, collectivè sum-  
ptorum, attenderent, utique ex hypotheticā quādam ac in-  
evitabili circumstantiā, pristina libertas quadantenus fuit  
circumscrip̄ta, adeoque illud, quod ab initio in cocundo  
voluntatis dicebatur, ex post facto, in dissolvendo in ne-  
cessitatem quandam abiit. Habent siquidem omnes socie-  
tates hoc commune, ut in iis rebus, ob quas consociatio  
quæque constituta est, universitas & ejus pars major, nomi-  
ne universitatis, obligent singulos, qui sunt in societate,  
*Hug. Grot. de jur. Bek. & Pac. lib. 2. cap. 5. num. 17. p. m. 157.*  
quod & Romani, tanquam naturalis æquitatis regulam in  
privatis societatibus dirimendis secuti sunt, ut id non lice-  
at, si societatis inter sit, *arg. l. a ditione 65. §. Labeo 5. ff. pro soc.*  
5 Et hoc fundamentum est, quamobrem Magistratus cog-  
nitio interdum ante migrationem requiritur, vel etiam detra-  
ctionis jus ante discessum, receptum animadvertitur, non  
solum in civitatibus, sed etiam in oppidulis & pagis, *Tho-*  
*ming. Decis. 26. num. 38. in Weichbilden Flecken und Dörf-*  
*fern. jung. Svanem. de Jur. Emigr. cap. 4. num. 8. p. m. 42.*  
6 Nec distinguendi hīc sunt principes territoriales, item Ma-  
gistratus, qui imperium merum similiter & jurisdic-  
tionem altam sive criminalem possident, ab iis, qui imperi-  
um mixtum & jurisdictionem bassam atque civilem obti-  
nent;

7  
dient; quoniam tributa emigrationis & detractionis, tantum  
quam fructus jurisdictionis civilis per Constitutiones Im-  
perii de Anno 1555. & 1594. ob factam protectionem de consue-  
tudine omnibus promiscue magistratibus competere  
pariter ac iis pendere a subditis posse, innuit *Ernest. Cochmann.*  
*Respons. Academ. 19. num. 11. & 43. p. m. 106.* Si etenim ve-  
rum est, quod detractionis jus statuto consuetudineque  
introduci queat, sequi videtur necessario, hoc jus omni-  
bus magistratibus jurisdictione predictis adscribi & com-  
petere posse. Sed verum est prius. E. & posterius. Ma-  
joris consequentia exinde patet, quod statuta condere sit  
jurisdictionis, & tribuatur civitatibus municipalibus, ali-  
isque subditis mediate subjectis ex consensu supremi Ma-  
gistratus, *Heig. q. 23. num. 31. Mynsinger. Resp. 49. Decad.*  
*5. num. 20. Roland. à Vall. consil. 33. num. 38. vol. 3. p. m.*  
*125.* Minor probatur per ea quæ allegat *Andr. Gail. Ob-*  
*servat. Practic. lib. 2. Observ. 36. num. 9. p. m. 292.* ubi in  
multis civitatibus Imperialibus receptum esse dicit, ut ci-  
vis volens deserere civitatem, & aliud domicilium suum  
transferre, cogatur imprimis de omnibus bonis suis cer-  
tam pecuniæ summam civitati & pensitare, tributum ali-  
quod dare, vulgariter vocant *Nachsteueren* / ut Augustæ,  
Norinbergæ, Spiræ & in aliis multis civitatibus laudabi-  
liter constitutum est. Dissentit equidem *Matth. Berlich.* 8  
*part. 3. concl. pract. 52. num. 19. p. m. 355,* qui hoc jus detra-  
ctionis non competere distincte cuiusvis Magistratui præ se-  
fert, sed illi tantum, qui habet superiorem seu criminalem  
jurisdictionem; non etiam ei, qui inferiore jurisdic-  
tione est investitus; Propterea, quod ejusmodi deductio sit  
instar vectigalis sive gabellæ; Gabellas autem & vec-  
tigalia ad illum, qui superiorem jurisdictionem ha-  
bet, solum pertinere autumat cum *Bertachin. in repert.*  
R. 3  
Jur.

*Jur. verb. Gabella. & Sichard. in Rubr. Cod. vectigal. nov.*  
 9 *instit. non poss. num. 2.* Verum licet hæc à *Berlich.* statuan-  
 tur, quem etiam sequitur *Joachim. Scheplitz. in consuetud.*  
*march. part. 3. tit. 8. §. 25. in princ. num. 2. & seqq.* ubi ita  
 Facultatem Juridicam Academ. Francofurt. mens. No-  
 vembr. 1582. respondisse testatur; attamen, in quantum  
 hoc detractionis jus cum vectigalibus convenit, puto la-  
 tis constare ex hæcenus productis. His adde, quod tem-  
 pore urgentis necessitatis etiam illi, qui non habent Rega-  
 lia, sed tantum jurisdictionem, à suis subjeetis, si unani-  
 mi decreto communitatis ac conventione cum ea habita  
 imponantur, collectas exigere possint, *vid. Suanm. de Jur.*  
 10 *Emigr. cap. 4. p. m. 38. & seqq. cum Sixtin. de Regal. lib. 2. cap.*  
*14. num. 22. Anton. Tessor. decis. 257. num. 1. Koppen. quest.*  
*32. n. 8.* Solet præterea hic non raro subjungi salus populi  
 totius, tanquam suprema lex Reipublicæ, quæ parili ratio-  
 ne officio Magistratus committit, putridum aliquod mem-  
 brum rescare, & per consequens, male se gerenti in socie-  
 tate publica migrationem imponere, ne forsitan pars sincera  
 universitatis trahatur aut inquinetur: unde similiter mu-  
 tatio soli necessaria perspicitur, de qua *vid. cap. 2.* Innuit  
 11 quoque hoc probabiliter *Samuel. Pufendorff. in Element.*  
*Jur. pr. univ. lib. 2. observ. 4. §. 4. p. m. 412.* dum leges, in-  
 quit, naturæ sunt ex quibus reliquæ fluunt, (1.) ut quilibet  
 vitam & membra sua, quantum potest, tueatur, seque  
 ac sua conservet. (2.) ut ne perturbet societatem humanam,  
 neve faciat aliquid, quo minus tranquilla inter homines  
 societas esse queat; quæ ira inter se conspirare, & invicem  
 velut implexa esse debent, ut in unam coalescant legem,  
 scilicet, ita se quisque conservare studeat, ne societas inter  
 homines turbetur, *add. Dn. Ahasv. Fritsch. Exercit. Jur.*  
*Publ. part. 2. Exercit. 4. th. 3. & seqq. 1. p. m. 118.*

THE-

7.

THESIS III.

1. *Materia s. objectum emigrationis est homo partim sibi relictus; partim in civitate vivens.*
2. *Qua emigrationis forma?*
3. 4. *Quis finis & effectus?*
5. *Moribus nostris emigrans & domicilium alio transferens perdit jura civitatis.*
6. *Secus jure civili.*
7. *Emigrans ad noviter emergentes collectas Reip. ex qua decedit; non tenetur.*

**M**ateria sive objectum migrationis hominem constituit arbitror, quatenus partim libertati primæve derelictus, partim & in civitate constitutus est: Sed tamen in hoc posteriore, ad evitandam præmonitam interesse publici periclitationem, requiritur, ne gregatim discedere velit, quod eleganter per simile declarat profundæ eruditionis Doctor Grotius: quia, quemadmodum aquam ex flumine publico haurire, deteriorem fluminis conditionem non reddit, sed integrum rivum fluminis aliunde deducere, cursum alvei pristini non parum imminuit; Sic quoque unius civis migratione non statim palpabile Reipublicæ detrimentum incutitur, quod si tamen plures conjunctim abitum meditentur, omnino præsens universitati naufragium imminere solet. Adjiciuntur quoque aliæ rationes denegati discessus; Nimirum si magnum contractum sit æs alienum, nisi paratus sit civis impræsens partem suam exsolvere; Item, si fiduciâ multitudinis bellum sit susceptum, vel obsidio immincat; nisi similiter offerat civis ille, alium æquè idoneum substituere, qui Reipublicam defendat, *add. cap. fin. b. disp. & jam laudat. Hug. Grot. de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 5. num. 24. p. m. 159.*

*Forma*

- 2' *Forma* consistit in actuali alicujus professione ab una universitate ad aliam cum omnibus suis bonis, & animo sive intentione ibidem habitandi; quam per totum hujus disputationis discursum in quolibet negotio fufius absolvere promittimus. *Finis* potissimum urget salutem & bonum cujuslibet emigrantis: Quem salus Reipublicæ tam in ejciendis facinorosis & noxiis hominibus iterum atque sæpius adjuvat; quam in separandis dissentientibus conservat, *Adrian Gilmann. Rer. judicat. Aug. Camer. Imper. lib. 2. decis. 56. n. 17. p. m. 692.* *Effectus* pro varietate intentionis emigrantium perinde varius deprehenditur; Nam ejuscemodi emigrans, ut & domicilium aliò transferens
- 3 jura civitatis voluntariè perdit, & proprio motu, moribus nostris, civis esse desinit, idque non solum quoad munera, verum etiam quoad jurisdictionem, *vid. Andr. Gail. Observ. Camer. lib. 2. cap. 36. num. 7. p. m. 292. Henr. Brunning. de var. univers. spec. concl. 40. l. a. Prucman. in §. soluta potestas. c. 2. memb. 2. ff. 6. num. 31.* quamvis de jure communi domicilium naturale vel originis immutabile æstimeretur, adèò, ut renunciatio civis & translatio domicilii nihil operentur, eò quod jura naturalia sint immutabilia, & quocunque se transferat civis originarius, nihilominus jus originis retineat, *Junng. L. Jura sanguinis. ff. de Reg. Jur. L. origine. 4. C. de municip. Dec. consil. 284. n. 11. Dan. Ott. de Jur. Publ. c. 29. cum Pet. Anton. de Petra, potestate Principis. c. 13. n. 13. Hahn. ad Wesembec. ff. de judic. num. 16. Colleg. Argentorat. tit. ad Municip. th. 9.*
- 4
- 5
- 6
- 7 *Gail. in Observ. Pract. 36. lib. 2. p. 291. & seqq. p. t.* Alius præterea effectus perspicitur in eo, quod emigrans soluto pretio, ad noviter emergentes collectas Reipublicæ, ex qua migrare contendit, non teneatur, *Paul. Matth. Webser. Observat. Pract. verb. Nachsteuer | p. m. 519. quest.*



7.

Ob Nachfristen zu verstreuen / wann domicilium mutuet  
und jus migrationis, oder Nachsteuer erlegt. Exigere si-  
quidem collectam actus jurisdictionalis, qui exerceri non  
potest in non subditum, vel non habentem bona immo-  
bilia in territorio jus dicentis. Imò, quoniam alteri per  
alterum iniqua conditio inferri, vel res, inter alios acta,  
alii præjudicare nequit, hæc dicta procedunt, etiamsi qui-  
dam emigrantium von Nachfristen collectam solvissent:  
Secus si res habet, si pretium pro emigratione nondum re-  
vera fuerit datum, vel ante emigrationem collecta indicta,  
vel magnum contractum æs alienum, de quo videantur  
*Hug. Grot. de jur. B. & P. lib. 2. c. 5. num. 24. p. m. 157. Dn.  
Fritsch. Ex. 4. th. 60. p. m. 175.*

## CAPUT II.

### EXHIBENS DIVISIONEM MI- GRATIONIS GENERALEM, IN VO- LUNTARIAM NIMIRUM ET NECES- SARIAM, EANDEMQUE ITERUM EX PARTE LEGIS POSITIVÆ.

#### THESIS I.

1. *Francofurti antequam ad electionem accedant Impera-  
toris, prius exire jubentur peregrini.*
2. *Refringitur hoc ad peregrinos representantes personas  
publicas à Limnao.*
3. *Hæc dispositio quoque limitata fuit in proximâ electio-  
ne Dn. Leopoldi.*

C

4. Sed

4. Sed cum protestatione de re impoſterum in conſequenti-  
am non trahenda.
5. Quid juris, ſi in civitate electionis quadam loco exem-  
ta ſint, vel ad quosdam Principes non-Electores per-  
tineant iure proprietatis
6. Nonnunquam emigratio imponitur Genti ad defectio-  
nem prona.
7. Idem etiam ſtatutum novimus in populum de viduo.
8. Solet quoque emigratio imponi propter delictum.
9. 10. 11. Varia huius rei exempla.
12. Migrare jubentur aliquando liberi absque conſenſu pa-  
rentum matrimonium celebrantes in Foro Saxon.
13. Aliud exemplum Nobilis Sacerdotes in cathedra publica  
injuriſis verbis proſcindentis.
14. Olim detractatores officiorum publicorum emigratio-  
ne puniti.
15. Propter delictum migrare juſſus pati debet detra-  
ctionem.
16. Idem judicandum de debitore oberato executionem ju-  
dicis patiente.

**S**epoſitis quaſtionibus, quid ſit, & quæ cauſa ſit migra-  
tionis noſtræ, ſequitur haud incongruè quaſtio, quo-  
tuplex ſit? Dividitur autem migratio in eam quæ lege ju-  
bente ſuſcipitur, ſive *neceſſariam*; & quæ ex ſpontaneâ  
meliorationis hypotheſi provenit, ſive *voluntarium*. Illam  
iterum partim *legi natura* adſcribimus, dum coloniæ non-  
nunquam aliorum, ob nimiam in civitate multitudinem  
deducuntur, de quâ in *cap. ſequ.* videbimus; partim *legi  
poſitive*, vid. *Manx. Decif. Palat. quaſt. 18. & 19. ſerè per  
rot. Erneſt. Cochmann. lib. 4. reſponſ. 35. num. 6.* eique vel  
*publicæ*; hinc priuſquam ad electionem Imperatoris acce-  
dant, pridie vel aliquot ante dies, juramentum, ut vocant,  
ſecu-

securitatis præstant cives Francofurtenses, prius tamen ex- 1  
 ire iustis peregrinis, qui nec sub numero electoralium, nec  
 civium, nec incolarum vulgò Weysassen/ comprehendun-  
 tur. *vid. Dominic. Arum. ad A.B. Carol. IV. Tit. 1. q. 35.*  
*p. m. 80.* At hanc dispositionem generalem de expellen- 2  
 dis personis è civitate, quæ non sunt de comitatu Electo-  
 rum, *Limm. observ. ad A.B. cap. 1. §. 22. obs. 15. p. m. 184.*  
 re ipsa tantum particularem, & litem de personis publicis,  
 (sive illæ sint exterræ nationis, sive ipsius Imperii Status  
 membra aut horum ablegati,) intelligendam esse innuit.  
 Quamvis etiam hæc dispositio ob repugnantiam exter-  
 norum Legatorum & Principum ad conventum Deputa- 3  
 torum in Imperatoris Leopoldi electione ommissa sit con-  
 cessâ exterorum Regum Legatis & aliis sive Principibus si-  
 ve Principum Legatis manendi in urbe licentiâ. Ad evi-  
 tandam tamen Aureæ Bullæ contrariam consequentiam  
 certis super id reversalibus novissimæ capitulationi Leopoldi-  
 dinæ insertis, cautum est, in verbis: *Ob wohl ein Hoch-*  
*löblich Churfürstlich Collegium aus sonderbahren erhebli-*  
*chen Ursachen vor dismahl hat gesehehen lassen/das so wohl 4*  
*auswertiger Potentaten und Republikven Vottschafften /*  
*Gesandten und Abgeordneten / als auch andere allerhand*  
*Standes personæ publicæ bey igigen währender Capitula-*  
*tions und anderen zu der Wahl gehörenden deliberationibus*  
*sich althier in Franckfurt am Mayn auffgehalten / so solle*  
*doch solches ins künfftige von niemandes / wes Standes o-*  
*der Würden er sey / in consequenz gezogen / oder aber wie-*  
*der die güldene Bull / die Chur-Fürstliche præminenz und*  
*in diesen Fall zustehenden sonderbahren Rechts allegiret o-*  
*der gemisdentet werden / Gestalten dann der Rath / Bür-*  
*gerschafft und ganze Stadt Franckfurth so wohl / als auch*  
*andere Reichs-Städte bey welchen / in entstehenden Fall*  
 C 2 hin-

hinführo Wahl-Tage angestellet werden möchten / hiermit  
alles Ernsts und ausdrücklich / bey Vermeidung der dß-  
halb in der Güldnen Bull gesetzten Straff und Poen (vi-  
delicet banni Imperialis, amissionis omnium jurium, li-  
bertatum, gratiarum & indulgatorum, deni que reatus perjuri-  
rii, *A. B. cap. 1. num. 22.*) erinnert und verwarnet werden /  
daß sie ins künftige / wann ein Wahl-Tag ausgeschrie-  
ben seyn wird / außserhalb die Herrn Churfürsten und welche sich  
in derselben Suiten zu wirklichen Dienst und Aufwartung  
befinden werden / keine personas publicas, sie seyen wer  
sie wollen / auswärtige oder zum Heiligen Römischen Reich  
gehörige eingelassen / noch ihnen bey annahenden Wahl-  
Tages-Termin Aufsehalt verstaten sollen. *jung Johan.*

5 *Theodor. Sprenger. Jurisp. Publ. tit. de Rit. Election. p. m. 159.* qui etiam *p. m. 183. tit. de Coronar.* Sequentem quaestionem resolvit, videlicet quid juris esse debeat, sicubi in Civitate Electionis quaedam loca exempta sint, ut domus Teutonica, an forte peregrinis, indicta emigratione, in illam secedere permittatur? Respondet autem, Auream Bullam dilucide ponere, quod peregrini extra civitatem ire debeant, quod autem domus Teutonica sit in civitate, quamvis non sit sub Civitate, nullus negaverit. Idem dicendum de Landgravio Hassiae Darmstadiensi, qui etiam si Francofurti propriam possideat domum, attamen quoniam ratio, cur praeter Electores eorumque familiam coeteri principes Urbe excedere, nec durante actu electionis in eam admitti debeant generalis est, eandem & in hoc quoque casu militare credit *Johann. Limn. ad A. B. cap. 1. §. 22. observ. 56. p. m. 184.* Interim rectissime adopinans, Electores, certas ob causas, praeserim ubi cognitam habent alicujus principis integritatem, permittere posse ut in civitate permaneat. Hinc contulit se quidem in novissi-  
mā

ma Leopoldina Electione Serenissimus Archidux Leopoldus  
 Saxenhusii in domum Teutonicam, sed ea magis con-  
 sideratione, quod Magister sit Ordinis Teutonici, quodque  
 illud cum permisso Electorum & salvis Civitatis privilegi-  
 is & juribus contigit, *add. Diar. Europ. part. 1. p. m. 920.*  
 Potest etiam insuper emigratio necessaria legi positivæ ad-  
 scribi *cuique vi jurisdictionis territorialis competenti*, ni-  
 mirum quam Princeps absolutus, vel quævis in genere  
 Majestas aut hujus ex concessione, Magistratus imponit  
 primo *Genti tam ad defectionem prone*, prout tempore 6  
 Diocletiani & Maximiani Corporum natio omnis translata  
 fuit in Romanum solum; cujus ferè pars jam tum tradu-  
 cta ab Aureliano erat, *Cluver. Histor. in vit. Diocletian. &*  
*Maxim. p. m. 287. quam devicta*, quod nos edocere potis 7  
 sunt varia apud *Livium* exempla; præsertim autem nota-  
 bilitèr eminet singulare illud & tragicum fatum Albano-  
 rum, quum Tullus Romanorum Rex unâ in horâ, pro-  
 pter Metii (admotis quadrigis in duas ob id partes discer-  
 pti) perfidiam opus quadringentorum annorum, quibus  
 Alba steterat, excidio ac ruinis daret, *lib. 1. ab A. U. C. cap.*  
*29. p. m. 14.* Eadem vestigia legit Ancus Martius de qui- 8  
 bus *Liv. lib. cit. cap. 33.* Secundò hæc emigrandi necessi-  
 tas dici solet reis alicujus delicti cum onere detraçtio-  
 nis, ad scandalum uberius evitandum, & repræsentat spe-  
 ciem quandam relegationis, verbi gratiâ, quando Scabini  
 Lipsienses Nobili adversus subditos suos inobedientes se-  
 quentem in modum responderunt: Und wann sie sich der  
 schuldig Schlam subren nochmahls verweigern werden/wer-  
 den sie durch Gefängnis darzu angehalten/mit Verwar- 9  
 nung/daserne sie von ihren Ungehorsam nicht abstehen wer-  
 den/sie mit härterer Straffe darzu angehalten/ihnen auch  
 wohl unter euren Gerichten zu verkauffen/ und sich anders  
 wohin



wohin zuwenden auferlegt werden soll. *Carpz. prax. crim. part. 3. quest. 131. num. 57. p. 256.* Item in puncto vigiles afflictae: Hat euer Bürger N. N. euere verordnete Stadtwächter mit einer Warten unversehenes Dinges ohn alle Ursache vorsegleichen und arglistig darnieder geschlagen und wundt gehauen/ so möget ihr ihm die Hand abschlagen lassen; Wollet ihr ihme aber Gnade erzeigen/ so möget ihr ihme verkauffen heissen/ und euere Stadt verweisen. *Id. in Jurisprud. Forens. part. 4. constit. 13. definit. 5. p. 1343.* Nec non in casu exorti incendii: So ist N. N. in dessen Hause das Feuer auskommen/ solchen erlittenen Brandschaden von den arrehten Gütern/ so viel dieselben austragen/ zu erstatten schuldig/ und wird ihme hierüber von euch ernstlich auferleget/ sich beydes aus der Stadt N. und andern euren Gerichten mit den Seinen/ zu Vermeidung seiner eigenen Gefahr/ anders wohin zu begeben/ und sich ferner bey Euch nicht betreten zu lassen. *Id. in prax. cr. p. 1. q. 39. num. 68. (ubi notab. dissent. int. Scabb. Hallens. Wittenb. & Jenens. cum Lips. in puncto: cuiusmodi incumbat onus probandi culpam in casu incendii exorti.) p. m. 239.* consimili ratione iis, qui sponsalia clandestina, insciis siue inuitis & reluctan- tibus parentibus, contrahunt, si copula carnalis accesserit (utut matrimonium rescindi non possit) diiuratur inter alias poenas emigratio in *Ordin. Sax. Matrim. de Ann. 1674. punct. 5. vers.* würden auch solche Personen heimlich zusammen krie- chen/ und fleischliche Unzucht treiben/ so mögen die Eltern die- selben gänglich enterben/ und sollen sonst mit zeitlichen Gefängniß gestrafft/ auch in unsern Landen sich wesentlich auff- zubalten nicht geduldet werden. *Id. Carpz. in Jurispr. Const. lib. 2. defin. 61. per tot. p. m. 95.* Non cum dignos iudicavit Serenissimus Saxo liberos, qui & copula carnali & clau- destina desponsatione parentes suos offendunt, ut in pro- vincis

vinclis suis tolerentur. Quare alio se eos conferre, & alibi  
domicilium suum constituere iussit, ne scandalum per il-  
los præbeat, quin & alii ab ejusmodi crimine deterrean-  
tur, in quo non minimus poenarum fructus versatur, *Joh.*  
*Bodin. de Rep. lib. 7. cap. 4. n. 21.* Sic & Nobili cuidam pœ- 13  
nam migrationis ex territorio Domini, & venditionem  
honorum ibidem situatorum, ob id, quod verbis importu-  
nis & injuriosis Ecclesiæ ministris, sacra tradantibus, sese  
opposuerit, hisque contraxerit, dicitatam refert *Idem Carpz.*  
*in Jur. pr. Consl. lib. 3. def. 95. num. 19. p. m. 176. cum Coler.*  
*part. 7. decis. 178. num. 3.* Alias hoc poenæ genus juri cixi-  
li incognitum esse, tradit *Dn. David. Mev. ad Jus Lubecens.*  
*lib. 1. tit. 1. artic. 6. n. 25. & seqq. p. m. 86. & seqq.* quem-  
admodum & illud, quo detractoribus munerum, ut in  
Remp. delinquentibus, amissio habitationis in urbe dicitat 14  
tatur, in quibusdam locis: quos Athenienses capite, Ro-  
mani libertate, Spartani exilio multarunt, *Georg. Gum-*  
*pelzhaim. de Interregu. th. 36. ap. Dominic. Arum. de Jur.*  
*Publ. disc. 25. p. m. 771.* Detractionem autem pati debet ejus 15  
modi migrare iustus, quemadmodum & quilibet Relega-  
tionem, tam temporalem, quam perpetuam, vel cum, vel  
sine fustigatione commertus, atque ob id bona sua cuncta  
vendere intencans; quoniam seipsum in hanc necessitatem  
quasi coniecit, quod *arg. L. interdum. 36. in fin. de judic.*  
*L. si fidejussor. 7. §. 1. ibi: ipse sibi satisfactionis. & c. ff. qui sa-*  
*rius d. cogant.* probare conatur *Martin. Rumelin. ad A. B. Co-*  
*rol. IV. p. 2. Diss. 5. th. 8. p. m. 564. add. Matth. Berlich. cap.*  
*52. p. 3. n. 8. p. m. 354.* qui & hoc extendit ad eum casum, si de-  
bitor obxatus executionem judicis patiat, & bona sua  
alienare debeat: tunc licet alienatio necessaria sit, quia ra- 16  
men necessitas alienandi & discedendi proficiscitur ex spon-  
taneo facto debitoris, ideoque ab hac gabella liber esse non  
debet.

THESIS



## THESIS II.

1. Emigratio etiam imponi solet ob haeresin & sectam.
2. Idem jus, si Status aliquis iura reformandi possidens, religionem, licet ab Imperio toleratam, exerceri in suo territorio nolit.
3. Ubi tamen detractionis jus regulariter non obtinet.
4. Confirmatur hoc praesudicis Camerae Imperialis.
5. Aegre hanc detractionis cessationem tulit Senatus Lutetiae Ann. 1561.
6. Sed tamen diploma Regium tum temporis praevaluit.
7. Alii plures pro detractione militantes.
8. Duo horum fundamenta.
9. Rejiciuntur.
10. Hac emigrandi propter religionem necessitas lege publica Imperii est confirmata.
11. Limitatur (1.) si pactis aliud fuerit introductum.
12. Limitatur (2.) si quacunque parte anni 1624. exercitium liberum religionis obtinuerint.
13. Idem religionis liberum exercitium impetrarunt Principes in Briesg / Lignitz / Münsterberg & Dels / cum Uratislavia &c.
14. Simile dicendum de Austria inferioris Comitibus, Baronibus, Nobilibus.
15. Quod tamen privilegium ad subditos eorum extensum voluit Caesar Anno 1651.

**T**ertio emigrationem necessariam videmus, si forte ob haeresin, vel aliam sectam in Imperio nostro per Insuper. Pac. Caesar, Suevic. praesertim art. 5. num. 12. damnatam atque exactam aliquis provincia cedere jabetur, *Frieseh. vol. 2. exercit. 4. th. 23. p. m. 1039.* Quarto, si ob aliam insuper ab Imperio quidem Romano - Germanico approbatam



batam religionem, sed à Statu contrarium in conscientia  
 sovente, in provinciis non tolerandam, dissentientes qui-  
 dam aërem mutare cogantur, & quidem regulariter absq; 3  
 detractatione; *Joh. Euchar. Erhard. dissert. laaug. Oper. Rustic. concl. 30. lit. D. Henr. Klock. de jur. veltigal. th. 63. lit. d. p. m. 1109. Jos. Nolden. de Stat. Nobil. cap. 16. n. 146. p. m. 448. Joh. Coppen. dec. 11. n. 15. Matth. Berlich. p. 3. Conclus. Pract. 52. n. 55. p. m. 344.* quod præjudiciis in cau- 4  
 sâ præsertim Heylbrunn/ contra Schwäbisch Gemünde/ & S. Abzug betreffende/ confirmat *Gylman. tom. 1. Symphor. part. 1. lit. 3. vol. 1. p. m. 206. & seqq. jung. Petr. Leopold. de Pac. Relig. disc. 24. ap. Arum. quaest. 2. p. m. 687. & seqq. lit. 7.* Et ita de libdicitis, religionis causâ invito emigranti-  
 bus, in Camerâ Imperiali decisum esse attestatur *Reichvv. in form. f. 202. n. 3. Wehn. Observ. Pract. verb. Nachsteuer. p. m. 18.* 5  
 Agrè quidem hanc rem tulit Senatus Lutetiae an-  
 no, prioris seculi, sexagesimo primò, attestante *Jacob. Aug. Thuan. Hist. lib. 28. p. m. 73.* qui edictum Regis Gal-  
 liae, quod inter alia iis, qui ob Religionem regno excesse-  
 rant, revertendi plenam facultatem, bonorumque ac cor-  
 porum libertatem promittebat, qui nolint, iis *suas facultates disstrahere, atque aliò migrare* jus esset, promulgari  
 vetuit, causam tum maximè prætendens, (1.) quod eo re-  
 ligionem, quam quisque velit, amplectendi libertas con-  
 cessa videretur; cum vera tantum, falsis rejectis, hæc-  
 nus in hoc regno admissa fuerit, (2.) quod item facultas  
 redeundi jam à multo tempore ob falsam religionem exu-  
 lantibus tribuatur, quod magnarum, procul dubio, tur-  
 barum occasionem daturum sit. Nec obstarè clausulam  
 appositam: dummodò catholicæ & citra offensionem vi-  
 vant: nam usu quotidiano repertum esse, plerosque ca-  
 tholici nomine perniciosè abuti. (3.) quod iis, qui

D exu-



exulant, & catholicè vivere nolint, bona vendendi & alio-  
 se conferendi libertas detur. Non enim id, nisi contra  
 regni leges concedi posse; quippe quæ pecunias re-  
 gno, & maximè ad hostes exportari prohibent. Sed, hisce  
 non obstantibus, diploma Regium tum temporis præva-  
 luit. Dissentiunt etiam *Job. Jac. Speid. Spec. Jurid. Polit.*  
 verb. *Abzug.* 22. p. m. 12. *Christ. Besold. thes. pract. verb.*  
 7 *Abshof.* 14. p. m. 7. *Schepliez. ad consuet. Brandenburg. part.*  
 3. tit. 8. §. 13. n. 5. & seqq. Quemadmodum contrarium  
 pari modo in praxi observant ii, qui non verbo sed ferro  
 religionem suam propagare conantur, in hoc etiam religi-  
 osi magis, quam religentes, secus ac fas esse dicitur apud  
*A. Gell. lib. 4. cap. 9.* quibus cum *Wilhelm. Anton Freun-*  
*deb. Coroll. 1. Sect. 6.* saltem repono illud: sæpe scelus coe-  
 lum Zeli velamine texit, cui zelus coelum est, non facit  
 8 ille scelus. Aliàs fundamentum illorum est, quod (1.)  
 iis in locis ubi Pax religiosâ de anno 1555. verb. *wo aber*  
*unfere.* non distinguit, nec nostrum erit distinguere. (2.)  
 quia in tali casu ratio illa, propter quam detractio solvitur,  
 æquè, ac in spontaneâ emigratione militat, imò emigratio  
 illa, quæ coacta dicitur, certò modo spontanea dici potest.  
 9 Ast quum prædictus §. *wo aber unfere,* coactæ emigratio-  
 nis mentionem nullam faciat, sed tantummodò circa vo-  
 luntariam discessus considerationem occupatus sit, non  
 potest ille, utpote specialis, ea, quæ generalia sunt, com-  
 plecti: His adde, quod non quadantenus spontaneam &  
 ex evitacione majoris mali proficiscentem; sed potius cum  
 libertate conscientiæ omnimodò conjunctam emigratio-  
 nem hoc in puncto nos præsupponamus. An autem pra-  
 xis Imperii, de quâ *Nicol. Myl. de Princip. & Statib. Imp.*  
 10 c. 63. p. m. 522. hucusque aliud docuerit, hæc vice aliis de-  
 relinquitur. Aliàs hæc ultima migrandi necessitas inter  
 sub-

Subditos Statuum Augustanæ Confessionis & Pontificios  
 confirmata videtur per *Instrum. Pac. Cas. Suec. Osnabrug.*  
*die 24. Octobr. Anno 1648. c. 5. n. 12. 7. quod si verò subdi-*  
*tus. in verb.* qui post publicatam pacem religionem mu-  
 tabit, suâ sponte emigrare voluerit, aut à territorii Domi-  
 no iustus fuerit & *vers. conventum autem est. in verb.* ne-  
 que siue voluntarie, siue coactè emigrantibus. Nisi (1.) <sup>11</sup>  
 vel contrarium introductum fuerit pactis, transactionibus,  
 conventionibus & concessionibus, quæ inter immediatos  
 Imperii Status, eorumque provinciales & subditos, de pu-  
 blico & etiam privato exercitio religionis introducendo,  
 permittendo & conservando antehac intercesserunt; qua-  
 tenus nimirum observantiæ anni 1624. non adversantur,  
*Dn. Scriv. Syntagm. Jur. Feud. c. 6. sb. 15. p. m. 203.* Vel  
 (2.) publicum aut privatum religionis exercitium anno <sup>12</sup>  
 1624. actu habuerint, prouti fufius hæc nos edocet *supr.*  
*alleg. n. 12. Infr. Pac. in verb.* hoc tamen non obstante Sta-  
 tuum Catholicorum Landsassii, Vasalli & subditi, cujus-  
 cunque generis, qui siue publicum, siue privatum Au-  
 gustanæ Confessionis exercitium Anno 1624. quacun-  
 que anni parte, siue certo pacto aut privilegio, siue longo usu,  
 sola denique observantiâ dicti anni habuerunt, retineant  
 id etiam in posterum, unâ cum annexis, quatenus illa di-  
 cto anno exercuerunt, aut exercita fuisse probare poterunt.  
 Cujusmodi annexa habentur institutio Consistoriorum,  
 Ministeriorum tam Scholasticorum, quàm Ecclesiastico-  
 rum, Jus Patronatus, aliaque similia jura; Nec minus  
 maneat in possessione omnium dicto tempore in potesta-  
 te eorundem constitutorum templorum, fundationum,  
 monasteriorum, hospitalium, cum omnibus pertinentiis, re-  
 ditibus & accessionibus. Idem à Cæsarea Majestate religi-  
 onis exercitium, & sic quoque immunitatem ab onere emi- <sup>13</sup>  
 grandi



grandi impetrarunt Principes & Duces in Brieg/ Lignitz /  
 Münsterberg & Dels / quemadmodum etiam hoc iure  
 gaudet Uratislaviâ, imò Comites, Barones, Nobiles eor-  
 umque subditi in Ducatibus Silesiæ, qui immediatè ad  
 Cameram Regiam (reliquorum singularem ob religionem  
 pressuram *vid. in Continuat. Theatr. Europ. ad Ann. 1657.*  
*p. m. 458.*) spectant; tùm etiam in Aultria inferiori (tem-  
 pore confecti Instrumenti Pacis Cæleste-Suecici) degentes  
 Comites, Barones & Nobiles; idque ad interventionem  
 Regiæ Majestatis Sueciæ & intercessionem Augustaniæ  
 Confessionis Statuum, *Instrum. Pac. l. c. vers. quod verò.*  
*n. 13. ubi:* ut ejusmodi Comites &c. ob possessionem Au-  
 gustaniæ Confessionis loco, aut bonis cedere, aut emigra-  
 re non teneantur, nec etiam prohibeantur dictæ Confessi-  
 onis exercitium in locis vicinis extra territorium frequen-  
 tare, modò in reliquis tranquillè vivant, &c. Quod ta-  
 men privilegium non extensum voluit Imperator Ferdi-  
 nandus III. ad horum Comitum, Baronum, & Nobilium  
 subditos, uti manifestè constat ex mandato Viennæ Anno  
 1651. mense Aprili promulgato, ubi: daß durch besagten  
 Friedens-Schluss und dessen klaren Buchstaben/ allein denen  
 Lands-Ritgliedern vom Herrn und Ritterstand unter der  
 Ens das unecatholische exercitium auffer Lands zu besu-  
 chen erlaubet worden / so wären die übrigen denen derent-  
 wegen ausgegangenen Landsfürst. Generalien sich gehorsamst  
 zu bequemen/ und des Auslauffens gänglich sich zu enthalten  
 schuldig.

### THESIS. III.

1. *Multi emigrationem propter religionem esse voluntatis,  
non necessitatis propugnant.*
2. 3. 4. 5. 6. 7. *Sex horum argumenta proponuntur.*

3. Con-

- 8. *Contraria assertio videtur verior.*
- 9. 10. *Respondetur argumentis dissentientium.*
- 11. *Emigratio voluntaria ne quidem ex Pace Religionis pro-*  
*bari solide potest.*
- 12. *Quantum temporis emigrantibus concedendum?*
- 13. *Quid juris circa illos, qui Reformatæ dicuntur Reli-*  
*gionis?*
- 14. *Pro his tolerabilis sententia aliquando in Parlamento*  
*Parisiensi lata.*
- 15. *Multi tamen eosdem sub pace religiosâ comprehendere*  
*noluerunt.*
- 16. *Hodiè hæc controversia in favorem Reformatorum in*  
*Instr. Pac. Cas. Suec. est decisa.*
- 17. *Ubi tamen specialis adhuc latet restrictio quoad iura*  
*reformandi.*

**C**ontrarium certè non diffiteor, amplectuntur plurimi  
nostratum maximè docti, hanc prædictam migratio-  
nem regulariter voluntariam, non verò necessariam esse  
jactitantes; inter quos numerandi *Petr. Frider. Mind. de*  
*Process. lib. 1. c. 30. p. m. 120. & segg. Bernbard. Bertram. de*  
*Pac. Relig. thes. 49. p. m. 7. 8. Quirin. Cubach. ap. Arum. de*  
*J. P. vol. 4. disc. 23. p. m. 97. Godofr. Suev. ad Pac. Relig.*  
*proposit. 7. th. 6. p. m. 100. Paul. Matt. Wehmer. Observ.*  
*Pract. verb. wollen. p. m. 697. Thom. Michael. de Jurisdic.*  
*concl. 49. lit. E. Heinr. Andr. Gran. part. 2. de Pac. Religi-*  
*on. problem. 1. Barscam. in rad. clausul. cap. 3. num. 28. Limn.*  
*de Jur. Publ. lib. 1. cap. 9. num. 61. cap. 62. p. m. 273. Rumeli.*  
*ad A. B. p. 3. dissert. 2. coroll. 7. p. m. 668. Petr. Syring. de*  
*Pac. Religion. concl. 35. ap. Arum. de J. P. vol. 2. disc. 10.*  
*Thom. Merckelb. ap. Casp. Klock. tom. 1. conf. 20. vol. 2. num.*  
*355. p. m. 39. Goorg. Braudlacht. Epitom. Jurispr. lib. 5. c. 1.*



n. 22. p. m. 124. (praesertim si subditi tranquille vivant, *Philipp. Andr. Burgoldens. in Notiz. Rer. Imper. p. 2. d. 15. p. m. 131. & 138.* quod in sano sensu non temere rescindendum arbitramur, propter *Instrum. Pac. l. c. vers. placuit porro.*)  
Urgent hi autem potissimum R. A. zu Augspurg. 1555. p. m. 51. §. 120 aber unsere/ auch der Churfürsten/ Fürsten und  
2 Stände Unterthanen/ der alten Religion, oder Augspurgischen Confession anhängig/ von solcher ihrer Religion wegen/ aus Unsern/ auch der Churfürsten/ Fürsten und Ständen/ des Heil. Reichs-Landen/ Fürstenthümen/ Städten und Flecken/ mit ihren Weib und Kindern an andere Orth ziehen/ und sich nieder thun wolten/ denen soll solcher Ab- und Zuzug/ auch Verkaufung ihrer Haab und Güter/ gegen ziemlichen billigen Abtrag der Leibeigenschaft und Nachsteuer/ wie es eines ieden Orts von alters her üblichen herbracht und gehalten worden ist/ unverhindert männiglichem zugelassen und bewilliget auch an ihren Ehren und Pflichten allerdings unentgolten seyn; Ex quibus verbis sequentia necesse argumenta pro voluntaria emigratione non dubitant  
3 (1.) quia verba wolten in allegat R. A. nullam necessitatem important, sed conditionaliter loquuntur, si discedere voluerint, integrum erit. (2.) Quia hoc emigrandi beneficium in favorem Augustanae Confessionis constitutum est. (3.) Quia constitutio expressè & generaliter monet atque vult, ut alter alterum placidè in utraque religione ferat, donec Christiana religionis concordia omnia sopiantur & componantur, prouti constat ex causa finali hujus Constitutionis religiosae in verb. Der Stände und Unterthanen Gemüther in Ruhe und Vertrauen gegen einander zu bringen. &c. Daß die Stände und Unterthanen sich beständiger und gewisser Sicherheit zu  
6 versehen hätten. *Limé. l. c.* (4.) Quia constitutio saepe  
cita-

citata, jurisdictionem Ecclesiasticam generaliter suspen-  
 dendo, non modo Statuum interesse; sed etiam subdito-  
 rum conscientia, ejusque securitati & tranquillitati con-  
 sultit. (5.) Quia non solum ex generalitate suspensio-  
 nis censura, & generali constitutionis sine id colligi-  
 tur; sed subditorum respectu sui Magistratus expressa pas-  
 sim fit mentio, *add. Thom. Mich. de Jurisdic. conclus. 49. p. m. 626.* (cum utique Christiani deterioris conditionis,  
 quam Judæi habendi non sint, quos pacificè viventes ex-  
 pellendos non esse responderunt *Natt. Conf. 620. n. 22. Oldrad. conf. 87. & conf. 264. p. t. Alex. Conf. 99. n. 14. vol. 6. Mar-  
 zin. Ramelin. l. c. & p. 1. Diss. 3. th. 17. p. m. 583.*) jungan-  
 tur Schönborn. *lib. 4. Polit. c. 6. Henric. Brunning. de var. univ. specieb. & jurib. th. 20. lit. a. apud Joh. Eras. Seiffart. ucl. discurs. Jur. Publ. p. m. 492. Petr. Heig. apud Cass. Klock. conf. 51. n. 241 p. m. 481.* (6.) Quia Catholicis  
 etiam ante tempora pacificationis nostræ injustum fuit vi-  
 sum: Das etliche Obrigkeiten haben ihren Unterthanen  
 bey schwerer Straff verbothen / die Predigten des alten  
 rechten wahren Glaubens / inn- oder aufferhalb ihren Fle-  
 cken zu hören / noch in dieselbe Predigt oder Kirchen zu  
 gehen / oder dem alten Glauben anzuhängen / und so sie dar-  
 über betreten / sind sie unnahelassig gestrafft worden. *N. N. zu Augsburg Anno 1530. S. Item Etliche Obrigkeit. & S. Und aber solche.* quod ergo in suæ religionis hominibus  
 illis placuit, quomodo in alienæ, approbatæ tamen,  
 & in Imperio receptæ, displicere poterit, *tot. ris. ff. quod quisque jur. in alter.* Verum enim verò quum  
 nostris temporibus expressa lex positiva in *cit. Instrum. pac.* totam controversiam decidit, ac etiam pro necessitate  
 quandoque emigrandi in subditis conclusit, utique & nos  
 sancito stare debemus. Nec obstant verba *Instr. pac. l. c. 9 vers.*

7  
8  
9



*vers. placuit verò. ubi.* ut illi Catholicorum subditi Aug-  
 gustanæ Confessionis Statuum subditi, qui anno 1624. pu-  
 blicum vel etiam privatum Religionis exercitium nulla an-  
 ni parte habuerunt, nec non qui post pacem publicatam  
 deinceps futuro tempore diversam à Territorii Domino  
 Religionem profitebuntur & amplectentur, patienter to-  
 lerentur, & conscientiam liberam domi devotioni suæ, sine  
 inquisitione aut turbatione privatim vacare, in vicinia ve-  
 rò, ubi & quoties voluerint, publico exercitio Religionis  
 interesse possint, &c. Nam exinde nondum denegatur  
 Statibus jus imponendi migrationem subdito, scandalum  
 præbenti aliis; sed potius loquitur §. de coactione subdi-  
 torum, aut violentam compulsionem ad Religionem diver-  
 sam amplectendam, quam lubentes etiam detestamur cum  
 libertate conscientiam nihil sit exoptatius. Quocirca *Dn.*  
*Myler. de Jur. Princip. & Stat. Imp. c. 82. p. m. 60.* hilare  
 illud libertatis Religionis beneficium (præsertim publi-  
 cum) in flebile emigrandi onus conversum dicit, *add. Wil-*  
*helm. Anton. Corollar. 1. sect. 6. p. m. 31.* ita ut hodie, proh  
 dolor! sæpius recantetur versus: collige sarcinulam, jubeo,  
 cunctaris? abito! *confer. Dn. Abasv. Fritsch. Exerc. Jur.*  
 II *Publ. 4. th. 15. part. 2. p. m. 136.* qui & ne quidem ex Pace  
 Religiosam voluntariam emigrationem evinci solidè posse  
 contra *Frider. loc. cit.* asserit. Taceo amicabilem religio-  
 nis compositionem, quam, moraliter loquendo, impos-  
 sibilem quilibet exactioris judicii judicare valet, argumen-  
 to eorum, quæ proferuntur ab *Hermann. Herm. de Jur.*  
 12 *Publ. cap. 11. num. 150. p. m. 225.* Solent autem, juxta sty-  
 lum Cameræ, menses tres, quatuor, quinque, vel sex  
 hominibus planè plebejs & tenuibus indulgeri ad emigran-  
 dum, sine ulla interim molestatione corporis, bonorum,  
 vel imminutione famæ; quod Judicis arbitrium circa  
 præ-



præfigendum tempus futurum esse putat *Adrian. Gilman.*  
*Rer. Judicat. Camer. Imper. Lib. 2. decis. p. m. 690.* si vir no-  
 bilis laribus & bonis avitis præsertim feudis, cedere neces-  
 se habeat; & multò magis, si plures nobiles familiæ, vel  
 integræ universitates pellendæ sint, vel totus aliquis po-  
 pulus. Huc etiam faciunt verba *Instrum. Pac. Cas. Suec.*  
*cap. 5. n. 12. in fin. Osnabrug. de Anno 1648.* ubi conventum  
 est, ut à Territoriorum Dominis illis subditis, qui neque  
 publicum, neque privatum exercitium Religionis suæ an-  
 no 1624. habuerunt, & tamen tempore publicatæ prædica-  
 tionis in unius vel alterius Religionis Statuum im-  
 mediatorum ditioribus habitare deprehenduntur, quibus  
 illi etiam annumerandi, qui ob calamitates bellicas evitan-  
 das, non tamen animo transferendi domicilium, emigra-  
 runt, & factâ pace, in patriam redire volunt, terminos non  
 minor quinquennio; illis verò, qui post pacem publica-  
 tam religionem mutant, non minor triennio, nisi tempus  
 magis laxum & spatiosum impetrare potuerint, ad emi-  
 grandum præfigatur; *add. Philipp. Andr. Burgold. in not.*  
*verb. Rom. Germ. Imp. p. 2. d. 15. p. m. 135.* Sed quid in specie di-  
 cendum de iis, qui sunt Reformatæ, uti vocant, Religio-  
 nis? Eorum certè ante elaboratum Instrumentum Pacis  
 Cæsareo-Succicum non perinde eadem habita fuit ratio.  
 Siquidem *Concil. Toletan. VI. can. 56.* nemini ad credendum  
 viam inferendam statuit, *jung. Petr. Gregor. Tholosan. de*  
*Rep. lib. 12. c. 5. n. 12.* quare etiam cum Rex Gallix edictum  
 de Huguenotis extirpandis & expellendis promulgasset, Se-  
 natus Parlamenti Parisiensis cum, ut ab instituto desiste-  
 ret, hisce formalibus adhortatus est: æquum sibi videri,  
 ut exterarum Ecclesiarum tutioribus vestigiis insisteretur,  
 quæ non ferro & flammis Antistitum exemplis rem con-  
 fecerunt, *Thuan. Histor. lib. 16. add. Andr. Philop. Resp.*

E ad



ad Edict. Anglic. p. m. 85. Sleidan. de Stat. Relig. lib. 21. p.  
m. 647. Et hoc tutissimè procedere potuisse arbitramur, si  
præallegati Reformati neminem turbaverint, aut errorem  
sparserint, confer *Lazar. à Schyvend. in Consil. ad Imperat.  
Maximil. II. Von Regierung des Römischen Reichs, Ma-*  
<sup>15</sup>*jorem e contrario dicam Reformatis scribunt cum Carpz.*  
*in Jurispr. Consistorial. lib. 2. tit. 17. definit. 266. n. 16. &  
Hutter. in Calvin. aul. polit. & Bidenbach. decad. 7. conf. 8.  
& 9. eodem, uti Pontificios, sub Pace Religionis non  
esse comprehensos asserentes, præsertim ob verb. sep. citat.  
Recess. Imp. de ann. 1557. verb. Doch sollen alle andere so  
bemelder religion (nimirum Augustanz Confession) nicht  
anhängig / in diesen Frieden nicht gemeinet / sondern gänz-  
lich ausgeschlossen seyn. jung. Jacob. Keller. in tyrannicid.  
p. m. 5. in verb. Hingegen ist die Calvinische Religion als  
eine frembde / unerhörte / falsche / schädliche Religion im  
Reiche niemahln approbiret / niemahln zu gelassen / niemahln  
in den Religion Frieden eingeschlossen / sondern von den Kay-  
serlichen Cammer-Gerichte durch rechtmässige Sentenz in  
der Graffschafft Isenburg ernstlichen abgeschafft. Atque  
hoc modo etiam, eodem Carpzov. l. c. teste respondit  
Consistorium supremum mense Martio 1623. in verb.  
Begehren hierauff an stat seiner Churfürstl. Durchl. do noch  
andere Personen bey Euch des Calvinismi halber in ver-  
dacht / ihr der Superintendentens wollet dieselben unverzüglich  
vor euch fordern / in beyseyn euer Collegen die gradus ad-  
monitionum gegen sie gebrauchen / und wann solche nichts  
bey ihnen vorsangen wollen / alsdann ihr den Schöfser und  
Rath / unter denen ein ieder wohnet / dieselben alsobald aus  
euren Gerichten wegschaffen. add. Iohann. Limn. de Iur.  
Publ. lib. 1. cap. 17. n. 32. p. m. 261. Relat. Donavert. p. 2.  
p. m. 109. Rumelin. ad A. B. part. 3. Diss. 2. coroll. 2. p. m. 659.  
Leh-*

4.

*Lehmann, in tract. publ. de Pac. Religion. lib. 3. cap. 37.*  
*Cran. de Pac. Religion. part. 1. problem. 13. Iohann. Maser.*  
*de Pacif. Relig. quest. 3. ap. Dominic. Arum. de Iur. Publ.*  
*vol. 2. Disc. II. p. m. 441. ubi plur. elegant.* Sed quicquid 16  
hujus rei sit, hodie per expressum textum *Instrum. Pac.*  
*Cæs. Succic. art. 7.* res videtur sopita, in verb. Unanimi  
quoque Cæsareæ Majestatis omniumque Ordinum Imperii  
consensu placuit, ut quicquid juris aut beneficii cum o-  
mnibus aliis constitutiones Imperii, tum Pax Religionis &  
publica hæc transactio in eaque decisio gravaminum cœteris  
Catholicis & Augustanæ Confessioni additis *Statibus*  
& *subditis* tribuunt, id etiam iis, qui inter illos Reformati  
vocantur, competere debeat, &c. *add. Nicol. Myler. de*  
*Princ. Imper. cap. 33. p. m. 612.* In puncto tamen reforman- 17  
di, adeoque in jure ob non acceptatam religionem Reform-  
matam emigrationem imponendi specialia animadvertimus  
in *cit. Instr. verb.* conventum est, ut si aliquis princeps,  
vel alius territorii dominus, vel alicujus Ecclesiæ patro-  
nus posthac ad alterius partis sacra transferit, aut principa-  
tum, aut ditionem, ubi alterius partis sacra exerci-  
tio publico de præsentis vigent, seu jure successionis  
seu vigore præsentis Tractatus Pacis, aliove quo-  
cunque titulo nactus fuerit, aut recuperarit, ipsi quidem  
concionatores aulicos sive confessionis, circa subditorum  
onus aut præjudicium, secum atque in residentia sua ha-  
bere liceat, at fas ei non sit, vel publicum religionis exer-  
citiū, leges aut constitutiones ecclesiasticas, hæcenus  
ibi receptas, immutare, vel templa, scholas, hospitalia,  
aut eò pertinentes redditus, pensiones, stipendia prioribus  
adimere, suorumque sacrorum hominibus applicare, vel  
juris territorialis, Episcopalis, Patronatus, aliove quocun-  
que prætextu subditis ministros alterius confessionis ob-

trudere, ullumve aliud impedimentum aut præjudicium directè vel indirectè alterius sacris afferre &c. Aliud est, si aliqua communitas, eveniente mutationis casu, domini sui religionem amplexa perierit suo sumptu exercitium, cui Princeps vel Dominus addictus est: Hoc etenim iis liberè conceditur, absque tamen reliquorum dissentientium præjudicio. Porrò nec detrahitur in *cap. alleg.* juri Principum Anhaltinorum & similium, quæ ipsis competunt; quoniam mutationes futuras tantum, non præteritas ibidem Instrumentum Pacis persequitur.

#### THESIS IV.

1. *An Archi-Episcopus, Episcopus, Abbas, Prelatus, &c. Religionem mutans Pontificiam, sit depossessionandus?*
2. *Fundamenta affirmativa Pontificiorum.*
3. *Responsio ad eadem Statuum Augustana Confessionis.*
4. *Refutatio hujus responsionis ex ipsa Pace Religiosa.*
5. *Exemplum Gebhardi Truchsessii Archi-Episcopi Coloniensis.*
6. *Malè hic accommodatur exaurationio Heinrici Comitis de Weda.*
7. *Quid juris, si Archi-Episcopus cum integro Capitulo Religionem mutet?*
8. *Eum migrare debere statuunt Pontificii.*
9. *Negant probabiliter hoc arg. §. und nach dem. Augstani.*
10. *Recepta est per Instrum. Pac. Cas. Suevic. Sententia Pontificiorum.*
11. *An hic §. Instr. Pac. etiam extensus sit ad Magistros Ordinis Teutonici.*

POSSUMUS quoque hîc aliquid monere de aliâ emigrandi necessitate, quam Pontificii in Archi-Episcopo, Episcopo,

scopo, Prælato vel alio Ecclesiastici Ordinis à Pontificiâ  
 Religione secedente urgent. Sed forsitan nobis obstabunt  
 ea, quæ per Instrumentum sæpius citatæ Pacis Cæsarco-  
 Succicæ sancita reperiuntur, de pace scilicet religionis im-  
 posterum non disputandum esse, *vid. art. 5. §. 17.* ubi:  
 utriusque Religionis Magistratus severè & rigorosè pro-  
 hibeat, ne quisquam publicè privatimve concionando,  
 docendo, disputando, scribendo, consulendo Tractatio-  
 nem Passaviensem, Pacem Religiosam &c. uspiam impu-  
 gnet, dubiam faciat, aut assertiones contrarias inde dedu-  
 cere conetur. Ast quoniam nos non impugnationem  
 transactionis Passaviensis, Pacis religiosæ & Instrumenti  
 Pacis intendimus; sed potius propugnationem legum hæ-  
 rum fundamentalium conquirimus, idcirco liberos nos à  
 proposita poena nobismet ipsis certissimè promittimus,  
*add. Beliz. quest. 117. in Id. Jurament. Publ. Burgold. in not.*  
*Rer. Imp. Rom. Germ. part. 2. disc. 18, n. 3. p. 17, 160.* Cœter-  
 rum argumentum Pontificiorum, non facile evertendum,  
 desumptum est ex §. *Pacis Religiosa de Anno 1555. in verb.*  
 Und nachdem bey Vergleichung dieses Friedens Streit für  
 gefallen / wo der Geistlichen einer oder mehr von der alten  
 Religion abtreten würden / wie es der von ihnen biß daselbst  
 hin besessenen und eingehabten Erzbischofthumb / Bischofthum /  
 Prælaturen und Beneficien halb gehalten werden soll / we-  
 cher sich aber beyder Religions-Stände nicht haben verglei-  
 chen können. Demnach haben wir in Krafft hochgedach-  
 ter Römischen Kayserl. Majestät / uns gegebenen Vollmacht  
 und Heimstellung erklärt und gesezet / thun auch solches hie-  
 mit wissentlich / also / wo ein Erz-Bischoff / Bischoff / Prælat  
 oder ein ander geistliches Standes / von unser alten Religion  
 abtreten würde / daß derselbige sein Erzbischofthumb / Bis-  
 chofthumb / Prælatur, oder andere Beneficia, auch damit alle



Frucht und Einkommen / so er davon gehabt / alsbald ohne  
einige Wiederung und Verzug / iedoch seinen Ehren un-  
nachtheilig / verlassen / auch den Capiteln und denen es von  
gemeinen Rechten / oder der Kirchen und Stifte Gewohn-  
heit zu gehöret / eine Person der alten Religion verwandt zu  
wehlen und zu ordnen / zugelassen seyn / welche auch sambt  
den geistlichen Capiteln und andern Kirchen / bey der Kir-  
chen und Stifte fundationen / Electionen / Præsentationen /  
Confirmationen / alten herkommenen Gerechtigkeiten und  
Gütern / liegend und fahrend / unverhindert und friedlich ge-  
lassen werden sollen / iedoch künftiger Ehrlicher / freunds-  
licher und endlicher Vergleichung der Religion unvorgreiflich.  
Hunc §. *Petr. Frider. Mindan. l. 2. c. 3. 29. th. 3. §. 9. p. m. 118.*  
& ex hoc *Georg. Schönh. l. 4. Polit. c. 6. utpote in Evange-  
licorum præjudicium introductum & pro temporis neces-  
sitate receptum, contrariâ consuetudine moderatum esse  
& abrogatum arbitrantur. Similiter Jacob. Lampad. de  
Rep. Rom. Germ. part. 3. c. 11. §. 17. & seqq. hunc §. nun-  
quam autoritate publicâ confirmatum innuit; quoniam  
partim Ferdinandus I. ex plenitudine potestatis) quæ in  
rebus Comitialibus non penes Cæsarem solum, sed penes  
Cæsarem & Status conjunctim residet, ) dissentientibus  
Statibus decidere non potui; partim etiam multitudo Sta-  
tuum & majoritas votorum dissentientium argum. art. 17.  
transact. Passav. hic attendi non debuit, jung. elegantiss.  
decis. 56. Adrian. Gylman. in l. 2. Rev. Judicat. Camer. Im-  
perial. in caus. W. contra L. p. m. 666. & seqq. Verum mi-  
4 tiorem sententiam salvo aliorum judicio, elegisse arbitra-  
mur Godofr. Suer. ad Pac. Relig. propos. th. 3. & seqq. p.  
m. 115. qui, non certè fundamento destitutus, inclinât in  
partes eorum, qui observantiam hujus prædicti §. Und  
nach dem. vigore Pacis religiôsæ urgent: graviter quip-  
pc*

pe oblatre videtur Statibus protestantibus *§. in cod. Recess.*  
*verb.* Und wir die verordnete der Churfürsten Rätthe/  
 an statt ihrer Churf. Gnaden/ auch für ihre Nach-  
 kommen und Erben/ wir die erscheinende Fürsten/ Prä-  
 laten/ Graffen und Herren/ und des H. Reichs Frey/ und  
 Reichsstädte Gesandte / Botschafften und Gewalttha-  
 ber/ an stat und von wegen unser Herrschafften und  
 Obern auch für ihre Nachkommen und Erben/ willi-  
 gen und versprechen bey Fürstlichen Ehren und Wür-  
 den/ in rechten guten Treuen/ und im Wort der War-  
 heit/ auch bey Treuen und Glauben/ so viel einen jeden  
 betrifft oder betreffen mag/ wie allenthalben obstehet/  
 stet/ fest/ auffrichtig und unverbrüchlich zu halten/ und  
 dem getreulich und unverweigerlich nachzukommen und  
 zuzugehen; quod & repetitur in fine hujus Recessus iis-  
 dem verbis; Und wir die Verordnete &c. Debuisent  
 igitur Status Aug. Confessionis protestati in ipsis Comit-  
 is, ante quam Recessui subscripsissent; vel penitus; ni §.  
 hic, in maximum quippe præjudicium eorum insertus,  
 ommitteretur, absque subscriptione abire; quorum neu-  
 trum cum factum sit, non videmus, quare ex post facto  
 res quæ semel placuit; adeo acerbis utrinque calamis de-  
 buerit tractari. Contrariam *Mindani & Schönborneri* con-  
 suetudinem, quæ hoc Jus Publicum abrogasset, quam in-  
 super sequitur quadantenus *Perr. Syring. de Pac. Religion.*  
*lib. 37. ap. Dominic. Arum. de jur. Publ. vol. 2. disc. 10. p. m.*  
*362.* concedere non possumus, cum potius in Archi-  
 Episcopatu Colonienfi exemplum *Gebhardi Truchsessii* exau-  
 5  
 torati Anno 1583. strictissimam articuli sæpius allegati ob-  
 servantiam ostendat, *Herm. Hermes. Fascic. Jur. Publ. c.*  
*13. quest. 8. n. 15. p. m. 269.* quicquid dicant *Lampad. l. c.*  
*Arum. ad A. B. Carol. IV. Discurs. 4. lib. 9. p. m. 204.* & plu-  
 ras



- res alii numero ferè innumeri illud exemplum facti esse,  
 6 non juris clamitates Urget quidem *Hermann. Herm. l. c. p. m. 270.* etiam exautorationem Henrici (quem Herman- num *Suev. l. c. th. 5.* vocat) Comitis de Weda, electi Archi-Episcopi Colonienſis A. C. 1515. qui Anno 1546, ceſſit depositus, veruntamen hoc factum, cum ante allegatam Pacem Religionis obtigerit, hùc penitus non quadrat. An tamen & hoc, quod de Archi-Episcopo, Episcopo, &c.  
 7 separatim pronunciatum est, quoque possit ad totum Capitulum applicari? scrupulosa magis res videtur. Ponti-  
 8 ficii equidem affirmativam ambabus amplectuntur mani- bus, præsertim cum hæc religionis mutatio & insinul- regionum atque territoriorum avulsio in præsentissimum se- dis atque religionis Pontificiæ detrimentum vergant. Ast quoniam prædictus §. Und nach dem. & c. loquitur in ver-  
 9 bis: Also wo ein Erzbischoff / & c. expressè de personâ Ar- chi-Episcopi, Episcopi &c. idcirco neutiquam extensio, utpotè in casu exorbitante à jure communi, ad universos, sive totum Capitulum facienda est, *vid. Bernh. Bertram, de Comit. n. 36. ap. Arum. vol. 1. disc. 9. p. m. 132. Arnold. Engelbrecht. Diss. Inaug. de Jurisd. Imper. th. 135. Laurent. Dehm. Diss. Inaug. de Jur. Episcop. th. 14. in fin. ap. Seifart. Nucl. Jur. Publ. Disc. 8. p. m. 244.* Sed hæc, quoad verita- tem, ante Pacem Germaniæ restauratam, cognitam, decisa  
 10 sumta: Nostris jam temporibus hæc controversia finem suum recepit in *Instrum. Pac. Cas. Succ. art. 5. n. 5. in verb.* Si igitur Catholicus Archiepiscopus, Episcopus, Prælatum, aut Aug. Confessioni addictus in Archi-Episcopum, Epi- scopum, Prælatum electus vel postulatus, *solus aut una cum Capitularibus, seu singulis, seu universis,* aut etiam alii Ecclesiastici Religionem impoſterum mutarint, exci- dant illi statim suo jure, honore tamen famaque illibatis,  
 fru.



fructusque & redditus citra moram & exceptionem cedant, Capituloque aut cui id de jure competit, integrum sit, aliam personam religioni ei, ad quam beneficium istud vigore hujus Transactionis pertinet, additam, eligere aut postulare: relictis tamen Archiepiscopo, Episcopo, Prælato, &c. decedenti fructibus & redditibus interea perceptis & consumptis. Si ergo Status, seu Catholicæ, seu Augustinæ Confessioni additi, Archi-Episcopatus, Episcopatus, beneficiis aut præbendis suis immediatis die primi Januarii Anni millesimi sexcentissimi vigesimi quarti judicialiter aut extrajudicialiter exciderint, aut quocunque modo turbati fuerint, vigore harum illico tam in Ecclesiasticis, quam Politicis, omnibus Novationibus abolitis, restituantur, ita quidem, ut quæcunque bona Ecclesiastica immediata die primâ Januarii Anni 1624. Catholico Præsule regebantur, Catholicum caput recipiant, & vicissim quæ dicto Anno dieque Aug. Conf. additi possidebant, retineant etiam in posterum, remissis tamen, quæ una pars contra alteram prætereundere posset, perceptis intereâ fructibus damnis & expensis &c. Tantum ex *alleg. Instrum. Pac.* Aliàs hanc beneficiorum amissionem minime extendendam censent ad Commendatores Ordinis Teutonici, cum milites potius sint, quam Personæ Ecclesiasticæ propriæ & in specie sic dictæ, *Cran. de Pac. Religion. part. 1. problem. 12. Sæv. loc. cit. propos. 8. n. 2.* Alii annon hodiè iisdem generalitas *cit. §. Instrum. Pac.* obstat, alii videant; præsertim cum non dicantur milites absolute, sed sub certâ regulâ religiosorum, ac castitatem paupertatem & obedientiam vocent, *Herm. cap. 35. Fasc. Jur. Publ. num. 24. p. m. 428.* quæ tria religionis sunt substantialia, juxta *c. ad monasterium, X. de Stat. Monach.* quæ jure etiam in Scanno Principum Ecclesiastico locum in

F

Comi-

Comitiis Imperii universalibus obtinent. Interim, uti di-  
ctum, hanc litem ex professo nostram non facimus.

CAPUT III.  
EMIGRATIONEM NECESSA-  
RIAM EX PARTE LEGIS NATURÆ,  
EJUSQUE INEVITABILIA AD-  
JUNCTA PRODUCENS.

THESIS. I.

1. Nonnunquam populos migrare jubet ipsa natura propter rerum indigentiam.
  2. Exemplum Lydorum per 18. annos alternis diebus eden-  
tium, & jejunantium.
  3. Sententia Bodini de hac emigratione.
  4. 5. 6. Varia ex necessitate natura emigrantium exempla.
  7. Politicum Romanorum consilium in mittendis coloniis.
  8. Nomina Locorum quorundam, ad qua Romani Colonias miserunt.
  9. Carolus Magnus eadem populorum distributione usus est.
  10. Alia multiplices emittendarum coloniarum utilitates ex Rosno, Sigonio, Forstnero.
  11. Modus mittendi colonias apud Romanos.
1. Alteram partem subdivisionis nostræ aggredientes parti-  
li viâ perlustrandi nobis veniunt, ii, quos natura tan-  
quam in Republicâ abundantes atque egentes aliorum  
proficisci jubet. Hinc ubi in Lydiâ tempore Attis Regis  
Mani filii necessitas rei frumentariæ tanta fuit, ut multos  
annos

annos duraverit, quâ miseri populi cum affligerentur, re-  
 media publicæ ærumnæ opportuna excogitare coacti sunt,  
 & plerisque propositis nullum utilius inventum fuit,  
 quam ut ludi talorum, tesserarum, pilæ frequentius exer-  
 cerentur, quo populus iis occupatus famem leniret. Igi-  
 tur ita rem instituerunt, ut altera pars hominum uno die  
 comederet, altero luderet, & quæ eo die luserat, alteros  
 cibos caperet; sic, verbi gratiâ, ex centum millibus ho-  
 minum solummodo quinquaginta millibus alimenta da-  
 bantur. Et nihilominus hujus industriæ subtilitate nihil  
 adjuvante, post decem & octo annos Rex coactus fuit, to-  
 tam populi multitudinem in duas partes dividere; qua-  
 rum alteri & naves, quibus veherentur, & duæem filiam  
 Tyrrhenum dedit, iussitque, ut alienas sedes quærerent,  
 qui ad Italiam appulsi, ubi Umbri tunc habitabant, civi-  
 tatibus & oppidis extractis, non amplius posthac Um-  
 bri, sed Tyrrheni tam Lydi, quam ipsi Umbri appellati  
 fuerunt, *Scip. Ammirat. Dissert. Polit. in Tacit. lib. 12.  
 disc. 3. p. m. 172.* Non incompositè hanc in rem *Bodinus*,<sup>3</sup>  
 vir coetera doctissimus, res omnes, inquit *lib. 4. de Rep.  
 cap. 1.* publicæ originem ducunt vel à familiâ, quæ sen-  
 sim propagatur; vel momento existunt, cum populi  
 multitudo è civitate, coloniâ deductâ, quasi apum exa-  
 men ex alvearibus, aliò evolat, furculusve aut ramus de  
 arbore decerptus in solo peregrino constitus; qui, si radi-  
 ces egerit, fructum profert multò suaviorem, quam quæ  
 arbores exiguis seminibus aut sponte nascuntur. Sic at-  
 testante *Vellej. Patere. Histor. Rom. lib. 1. p. m. 17.* magna  
 vis Græcæ Juventutis, abundantia virium sedes quæri-  
 tans, in Asiam se effudit. Nam & Jones, duce Jone<sup>4</sup>  
 profecti Athenis, nobilissimam partem regionis mariti-  
 mæ occupavere, quæ hodieque appellatur Jonia: urbes-  
 que



que constituere, Ephesum, Miletum, Colophona, Priene-  
nem, Lebedum, Myantem, Erythram, Clazomenas, Pho-  
ceam; multasque in Aegeo, atque Icario occupare in-  
5 sulas, Samum, Chium, Andrum, Tenum, Pharum, De-  
lium, aliasque ignobiles. Et mox Aetoli, eadem profe-  
si Graeciam longissimisque aetii erroribus non minus illu-  
stres obrinuerunt locos, clarasque urbes condiderunt,  
6 Smyrnam, Cymen, Larissam, Myrinam, Mitylenemque,  
& alias urbes, quae sunt in Lesbo insula. Sic Gallorum  
abundanti multitudine, cum eos non caperent terrae, quae  
generant, trecenta millia hominum ad sedes novas quaer-  
endas, velut ver sacrum miserunt. Ex his portio in Ita-  
liam confedit, quae Urbem Romanam captam incendit: &  
portio Illyricos sinus, ducibus avibus (nam augurandi  
studio Galli praeter caeteros callent) per strages Barbaro-  
rum penetravit, & in Pannoniam confedit, *Justin. lib. 24. p.*  
7 *m. 217.* Caeterum optimè hac occasione uti noverunt ve-  
teres Romani, aliquae moratoris disciplinae populi, ad sin-  
gulare publici aerarii commodum, ut & potestatis terri-  
torialis terminum promovendum pariter ac dilatandum.  
Eleganter haec describit *Johan. Bodin. de Republ. lib. 6. c.*  
*2. de arar. p. m. 1007.* Romani inquit, in eo genere Civi-  
tatum moderandarum disciplinam Populos omnes ac Prin-  
cipes superarunt: Nam victis populis & agri parte multa-  
tis, colonias egentium ac tenuium civium mittere con-  
sueverant, & eam agri partem illis assignare; ex quo in-  
credibilis cum utilitas, tum gloria Imperio nominique  
Romano accedebat; Plebs enim tenuior, quae Urbem  
onerabat, exhauriebatur; stirpes civium propagabantur,  
veteranis agri assignabantur. Jam vero materia seditio-  
num ex Urbe sublatæ; coloniarum translatione etiam vi-  
si populi Romanorum moribus, legibus, imperiis as-  
suesce-

re; deinde connubiis ac propinquitatibus contractis cum Romanis sensim coalescere necesse habebant, aut si res novas molirentur, aderat Colonia Romana veluti specula quædam, quæ hostes præoccupare ac præpedire, aut Romanos exercitus accersere solebat, *add. ex hoc tit. Bodin. Maximil. Faust. ab Wschaffenburg. Conf. pro arar. class. 5. consil. 16. ordin. 477. p. m. 191.* Sic Alius Fubero Tribunus Plebis tulit ad Plebem, plebesque sciviti, ut Latinæ duæ coloniz, una in Brutios, altera in Thurinum agrum deducerentur, his deducendis Triumviri creati, quibus in triennium Imperium esset, *Tit. Liv. de Bell. Maced. & Asiat. lib. 4. c. 53. p. m. 385.* coloniz item Romanorum deductæ sunt Puteolos, Vulturum, Liternum trecenti homines in singulas; item Salernum, Buxentumque coloniz Romanæ deductæ sunt, deduxere Triumviri T. Sempronius Longus, qui tum COS. erat, M. Servius, Q. Minutius Thermus, ager divisus est, qui Campanorum fuerat, Sipontum item in agrum, qui Arpinorum fuerat, coloniam civium Romanorum, alii Triumviri, D. Junius Brutus, M. Bebius Pamphilus, M. Helvius deduxerunt Temsam item & Crotonem civium Romanorum coloniz deductæ. Tempsanus ager de Brutis captus erat, Brutii Græcos expulerant, Crotonem Græci habebant, *It. Tit. Liv. cap. 45. pag. m. 582.* Præterea fuerunt ex Romanis coloniz per tractum Norici, Ripensis, Pannoniz primæ, Laureacum, Carnutum & in mediterraneis ad Savum atque Dravum fluentia. Similiter Augustus, juxta *Sueton. in vit. August. 46.* Italiam duodetriginta coloniarum numero ab se deductarum frequentavit, operibusve ac vectigalibus publicis multifariam instruxit, *Johann. Heinric. Bacler. ad lib. 1. Annal. Tacit. p. m. 287.*

Distri-



9 Distribuit etiam Carolus Magnus Francos & Suevos per  
 Pannonias & Teutonum Colonias. Fuerunt Gctarum  
 seu Gothorum, Vandalorum, Cattorum & aliarum Nati-  
 onum in varias partes propagatæ colonix, *Petr. Gregor.  
 Tholosan. Synt. Jur. univ. lib. 15. c. 11. n. 4. p. m. 205. & lib.  
 18. cap. 13. n. 2. p. m. 357.* His iunge ea, quæ deducit ex *Jul.  
 Frontin. lib. 1. de Limit. agror. Casp. Klock, de Ærar. lib. 2.  
 c. 87. n. 23. p. m. 540.* Solebant, innuit Ille, veteres, quos  
 agros de hostibus capiebant, alios veteranis in præmia as-  
 signare, in alios colonias deducere, quosdam mancipibus  
 in longum tempus locare, ut annuam mercedem Principi  
 darent, & hos vectigales dixerunt. *t. t. ff. si ager. vectig.  
 petat.* Præterea hasce coloniarum utilitates accuratè, suo  
 more, complexus est *Carol. Sigon. libr. 2. de Antiqv. Jur.  
 Ital. cap. 2.* & procul dubio ex hoc *Johan. Rosin. Antiqv.  
 Romanar. lib. 10. cap. 23. p. m. 1608.* idem *Christoph. Forst-  
 ner. in Not. Polit. ad Corn. Tacit. lib. 12. cap. 32. verb. Co-  
 lonia Camalodunum valida &c. p. m. 150.*

10 ipsa princeps, unde colonix deducebantur, (I) superflu-  
 am & plerumque inopem, ideoque turbidam plebem, sen-  
 tinam & fecem populi, ut noxium sanguinem emittebat:  
 unde victus facilior, & rariore turbæ. (II) Stirps Roma-  
 na augebatur. (III) Coloni frequentabant, colebant, po-  
 liebant artibus loca quò deducti erant. (IV) Continebant  
 populos, quibus mixti debebant. Unde *Lips. 4. Polit. 8.*  
 occultâ insinuatione ad arcanum dominationis referre vi-  
 detur, materiam de coloniis, quibus, tanquam claustris  
 servitutis, victi continebantur, aut suspectis populis pone-  
 batur obex, *Johann. Heinric. Bœcler. ad loc. cit. Tacit. p.  
 m. 208.* (V) Etiam finitimos hostes aut suspectos cohibe-  
 bant: quo sensu Cicero ait: Romanos idoneis locis colo-  
 nias contra suspitionem periculi collocasse, ut non oppida  
 Italix,

Italix, sed propugnacula Imperii esse viderentur. Et alibi Narbonem Marcium Speculum Populi Romani & propugnaculum Gallix oppositum dixit, (quod tamen falsò negat *Innoc. Gentilet. Commentar. de Reg. & quovis Principat. advers. Machiavell. lib. 3. de Polit. Theorem. 3. p. m. 309.*)

(VI) Hoc modo milites veterani & emeriti præmiis afficiebantur; Nam agri sedes & honores dabantur; etiam pecunia ad instrumenta, jumenta & cæteras fundi necessitates. Modum autem mittendi colonias Romanis usitatum sequenti modo describit *Rosin. l. c.* Cum itaque de Colonia deducenda ad Senatum relatam, esset aut populum, tum iis qui agri cupiditate tenebantur, nomina in Coloniam dabant. Quod si aut plures aut pauciores, quam lege præscriptum erat, nomina in Coloniam essent professi, tum ad sortem confugiebant ut ex omnibus educerentur, qui agro accepto exirent. Numerus autem Colonorum pro agri amplitudine in quem deducebantur, scribebatur, quo factum est, ut modò bina, modò terna, modò quaterna millia atque amplius scriberentur. Deducebantur autem à Triumviris, vel Quinqueviris, vel Decemviris, vel Vigintiviris, vel Septemviris, qui ob hoc creati erant, ut lib. 6. diximus sub vexillo, quasi exercitus aliquis erat. Signa cohortium quæ fuerint, ex antiquis nummis cognoscitur. Ubi verò Colonos in agris, quo deducendi erant, collocarunt, tum aratro urbem & agrum circumscribebant, quo facto agri divisionem, ac suæ cuique partis adsignationem aggredebantur &c. Hæc Ille.

THESIS

## THESIS II.

1. In transplantatione coloniarum primario videndum, ne invita à sede patriâ exerantur.
2. Probatur hoc tragico exemplo Philippi Macedonici.
3. Correspondit factò eventus.
4. Homines Reip. molesti non conjunctim omnes, sed successivè ejiciendi.
5. 6. 7. Peccarunt in hoc puncto Hispani atque Lusitani.
8. Potius sentina plebis & turba egena, quam homines Reip. utiles, emittantur.
9. Similis in hoc solacismus politicus Hispan. & Lusitan.
10. Colonia cum urbe matrice in pari presumebantur esse jure libertatis.
11. Dissentire videtur Gellius in Noct. Att.
12. Conciliatur per distinctionem.

1. **D**Ebet tamen in hac transplantatione coloniarum primario attendi ut ne coloniae invitae ex sedibus Patriis extrahantur, & alio emigrantes possessionibus, agris, ædibusque avitus carere cogantur; Quod calamitoso suo exemplo & facinore non perinde polleris laudando confirmat Philippus, Macedonum Rex, Is enim, prouti Autor est *Innocent. Gentilet. loc. cit. p. m. 310.* jam tum consilia de bello Romano secum ipse volutans, primum omnem ferè multitudinem civium ex maritimis civitatibus cum familiis suis in Emathiam traduxit, Thracibusque & aliis Barbaris urbes tradidit habitandas; fidiora hæc genera fore ratus in Romano bello. Ingentem ea res fremitum in totâ Macedoniâ fecit, relinquentesque penates suos cum conjugibus ac liberis paucis acutum dolorem continebant, execrationesque in agminibus proficiscentium in Regem, vincente odio metum, exaudiebantur.



4

tur. His ferox animus omnes homines, omnia loca  
suspensa habebat, postremo negare propalam coepit satis  
tutum sibi quicquam esse, nisi liberos eorum, quos in-  
terfecisset, comprehensos in custodiâ haberet, & tempore  
alium alio tolleret &c. *vid. Hist. Livii de bell. Maced. lib.*  
*10. c. 3. Et. seqq. p. m. 707 ex quo hæcenus cit. Aut. sua*  
verba desumit) qui Tragœdiam hanc sequentibus con-  
cludit: Hujus facinoris atrocitas novam velut flammam  
regis invidiæ adjecit, ut vulgo ipsum liberosque ejus ex-  
ecrarentur; quæ diræ (inquit Livius) brevi ab omnibus  
diis exaudita, ut sæviret in suum sanguinem ipse, effe-  
runt. Nam paulò post legitimum filium Demetrium  
(egregiæ indolis Principem) falsis criminibus ab altero filio,  
sed pellice orto, Perseo circumventum veneno sustulit. Mox  
quum Demetrium à Perseo fraude & insidiis petitem  
cognovisset, & Perseum regni hereditate depellere vellet;  
curis & vigiliis, quum identidem umbræ & species inson-  
tis interemti filii eum diris agitarent, cum execratione al-  
terius extinctus est. Perseus quum regnum scelere par-  
tum invasisset, bellumque adversus Romanos movisset,  
ab illis victus, captus & in triumpho ductus est, & in  
custodiâ mortuus. Ita horribiles illæ diræ execrationesque,  
quas multitudo suis penetibus & agris ejecta in Philippum  
jecerat, affectum habuere &c. *Deinde, ut non omnes*  
*collectivè, sed successivè magis, pariter ac distinctis co-*  
*hortibus, coloniæ aliorum ablegentur, allaborandum*  
*est. Etenim non semper conducibile bono publico ex-*  
*istit, ut homines, etiam qui Reipublicæ oneri sunt sat gra-*  
*vi, uno impetu in universum ejciantur, prouti sterilitatis*  
*causis in Hispaniâ quoque eundem processum adscribit*  
*Fausl. Consil. pro Erar. class. 15. cons. 11. ord. 1056. p. m. 616.*  
*in verb.* Hierzu kömpt auch noch dieses / daß König Fer-  
G dinan-

Alaricus durch ein Edict, (welchem nachmahls König  
Emanuel aus Portugall gefolget) alle Jüden / deren in die  
hundert und vier und zwanzig tausend ohne Haufgefind ge-  
wesen / so sich (als man achtet) über die achtmahl hundert  
tausend beloffen / aus Hispanien vertrieben. Daher Ba-  
jazeth / der Türckische Kayser in Betrachtung solchen gro-  
ßen Fehlers / pflegte zu sagen: Er wunderte sich über Kö-  
nig Ferdinands Weisheit und hohen Verstand / daß  
er sich selber dessen / dadurch alle Stände und Herr-  
schafften reich / herrlich und mächtig worden / nemlich eines  
so großen Volks beraubet hätte. Darumb nahm er alle  
Jüden / so aus Hispanien vertrieben worden / ganz gern  
auf / und gab ihnen Gelegenheit zu wohnen / zu Rhodis, zu  
Salonica, zu Constantinopel, zu S. Maura und anderswo.

6 Idem de iisdem Hispanis judicium refert *Christoph. Forst-  
ner. in Not. Post. ad Corn. Tacit. lib. 11. cap. 23. p. m. 65.*  
mirum, innuens, non immerito videri debet, cur, qui af-  
fectati in Orbem terrarum Imperii accusantur, Hispani ceteris  
Maurorum Hebræorumque ingentibus copiis sibi ipsi so-  
litudinem fecerint & castoris instar ipsi sibi virilia execu-  
erint: aut si gentium illarum perfidia nullam regibus se-  
curitatem relinquebat cogebatque ad damnosum exilii re-  
medium, certe temperanda ambitio erat, neque attendan-  
dum Imperium, quod neque quæri sine magnis exerci-  
tibus, quibus supplendis perpetui populosarum provinci-  
arum fontes requiruntur, neque conservari potest. Quan-  
quam meo quidem judicio facile erat, retinere domi Mau-  
rorum gentem, neque timere. Non erant victi pro alie-  
nigenis arcendi sed in civitatis, nuptiarum, & sanguinis  
communionem allicendi. Fallus igitur fuit Hispaniæ  
genti adgnatus, intemeratam sibi suam servare nobilitatem,  
omnemque cum Afris affinitatem superbe dedignari. Quæ  
contu.

contumelia Maurorum perfidiam, perfidia Hispanorum indignationem irritavit. Simile taxat in Philippo III. Zigler. in not. ad lib. 2. Grot. cap. 2. §. 16. p. m. 238. qui non-  
 7  
 genta Maurorum millia abire per edictum suum fecit. Ter-  
 eio denique probe prospiciendum venit, ut potius sex, tur-  
 8  
 ba egena & sentina quasi civitatis aliò mittantur, quam ut  
 forsitan hoc pacto salutaria Reipublicæ membra inconsul-  
 to efferantur cum maximo & præsentissimo universitatis  
 totius incommodo. Atque hoc ipsum in Lusitanis &  
 Hispanis, itidem improbat *supr. laudat. Maximilian. Faust.*  
*ab Wschaffenburg. consl. 16. Ordin. 1061. Class. 15. pag. m. 623.*  
*in verb.* Über dieses haben die Römer / wenn sie Colonien  
 9  
 ausgeschiedt / nur die schlechteste und geringste Leute / welche  
 der Stadt gleichsam als eine Beswehr und Ueberberlast  
 gewesen / darzu ausgeschlossen. Über die Portugesen / des-  
 gleichen auch die Spanier / haben kein mahl die ausgeschlos-  
 sen und hinweg geschickt / als sie es denn auch noch nicht  
 thun / welche das Vaterland / als eine Ueberbürde belästigen  
 und beschweren. Sondern allezeit solche Leute / welche dem  
 Lande wohl rathen und helfen köndten / deren man deshal-  
 ben auch zu Erhaltung gemeinen Wohlstand des nicht wohl  
 enkräften und mangeln kan. Haben also nicht das verderbte/  
 faule oder überflüssige Blut / sondern einen guten Theil des  
 reinesten / gesundesten und besten aus ihrem Leibe gezogen ;  
 und hiemit ihre Landschaften aufs höchste gleichsam als bege-  
 wältiget und geschwächet. Sie hätten also des Orts können  
 den Römern nachfolgen / und ihre Colonien nicht allein von  
 der Hispanischen Nation, sondern von andern Unterthanen/  
 die sie anders an sich gebracht und unterworfen haben /  
 ausschiessen und fortschicken. Also haben die Römer ne-  
 ben dem Römischen / auch die Lateinischen Colonien in die  
 Dertter / an welchen weniger gelegen gewesen / ausgeschiedt.

10 Erant autem secundum *Grot. de Jur. bell. & pac. lib. 1. c. 3. §. 21 p. m. 66. & lib. 2. c. 9. §. 10. p. m. 208.* prædiæ coloniarum cum urbibus matricibus in parti jure libertatis, ut *Thucydides lib. 1.* innuit, sed debebant *τιμὰν τῶν μετρόπολιν* & exhibere *τὰ γέγρατα νομιζόμενα*, reverentiam scilicet, & honoris signa quædam. Quod & confirmat *Rex Tullius* apud *Dionysium Halicarnassensem lib. 3. in verb.* ut omnino matricibus urbes coloniis imperent, quasi natura lege, id verò nos neque verum, neque æquum arbitramur. Non enim ut servi dimittebantur, sed ut liberi.

11 Contrarium hæc opinione videtur statuere *A. Gell. lib. 16. cap. 13. p. m. 529. in verb.* Sed coloniarum alia necessitudo est; Non enim veniunt extrinsecus in civitatem, nec suis radicibus nituntur; sed ex civitate quasi propagatæ sunt; & jura institutaque omnia Populi Romani, non sui arbitrii habent; quæ tamen conditio, quum sit magis obnoxia & minus libera; potior tamen & præstabilior existimatur, propter amplitudinem majestatemque Populi Romani, cujus istæ coloniarum quasi effigies parvæ, simulacraque esse quædam

12 videntur. Nos totum litigium mediante distinctione tollendum censemus: Aut enim Civitas Mater colonias emittit cum hæc intentione, ut migrent quò velint & possint, & tunc, si sedem hi discedentes sibi fortè quæsiverint, alia, præter reverentiæ & honoris signa eidem exhibere non tenentur; aut verò in loca aliàs subjecta & occupata jure belli, sed tamen deserta, quosdam ex incolis urbs domina transmittit, & tunc indubium est, eodem jure civitatis principalis uti debere.

THESIS.

4.

THESIS III.

1. *Transitus emigrantibus non est denegandus*
2. *Modò fiat juxta requisita in thesi proposita.*
3. *Metus imminenti periculi est iusta causa prohibendi transitum, contra Grozium.*
4. *Oblata cautio Moysi ab Emorraeo & Idumaeo spreta iustam dedit causam belligerandi.*
5. *Ob religionem solum & domicilium mutans à sua religioni addictis jus civitatis justè petit.*
6. *Duplex hujus rei proponitur ratio.*
7. *Gustavus Adolphus Rex Suec. ob religionem profugæ sedes Regni concessit.*
8. *Tranquillè tamen vivere in vitâ politicâ accedentes decet.*
9. *Reip. neutiquam proficuum est, promiscuè quoslibet peregrinos recipere.*
10. *Plura exempla eorum, qui aliunde advenientes exceperunt.*
11. *Causa, quare Gentes hodiè non eam frequenter migrant.*

**S**ed hæc de naturâ migrationis necessariæ dixisse sufficiant: unicum nunc vel alterum ejusdem inevitabile ad-junctum paucis quoque videbimus. Consistit autem illud (I.) in libero per alterius principis territorium transitu, cum certum est, nihil insidiarum transeuntes moliri posse: impietatem enim profus sapit, miseros atque afflictos rejicere velle. Rationem hujus rei *Grot. de jur. Bell. & Pac. lib. 2. cap. 2. num. 13. p. m. 118. & 125.* fundat in eo, quod dominium introduci potuit cum receptione talis usus, qui prodest his expulsis, proprietatis domino non nocet: ideoque dominiî autores id potius censendi sunt

- 5 voluisse. Consentur igitur ejuscemodi transituri multò  
 minus impediendi, si (1.) transitus à territorii domino po-  
 suletur. (2.) transeuntes divisim manibus transmittant co-  
 pias. (3.) inermes transeant: exemplum extare notat *Grot.*  
*l. c. p. m. 125.* in Excerpto Legationum XII. apud *Bemb.*  
*VII. Hist. Ital.* insimulque remittit ad notabilia passim de  
 transitu inter Fridericum Barbarossam & Isaacum Ange-  
 lum apud *Nicer. lib. 2. de vit. ejusd. Isaac.* (4.) obsides den-  
 tur, quod à Demetrio Seleucus postulat, ut cum intra  
 Imperii sui fines subsistere sineret; idem factum refert  
*Procop. Persic. 2. add. Sam. Pufendorf. in Elem. Jurispr. Univ.*  
*lib. 2. observ. 4. §. 21. p. m. 445.* (5.) à contagione nullum  
 sit periculum. (6.) impensis transeuntium is, qui transi-  
 tum concedit, sibi præsidia idonea conducat. (7.) hostes  
 meos secum non ducant comitesque habeant: imò gene-  
 3 raliter (8.) dominum territorii extra metum periculi  
 constituent (hic quippe aliàs exceptionem sufficientem  
 parit ad inhibendum transitum alteri, qui cum eo bellum  
 gerit. Injustum enim est alterius gratiã amicum amit-  
 tere, aut non hostili animo affectum hostem consequi  
 uti rectè contra *Grot. l. c.* dissentientem monet *D. Johan.*  
*à Felden. in not. pag. m. 131.* His adde, quod faciliè con-  
 tingere posset, ut alter ille; contra quem bellum geri-  
 tur, occurrat transeunti in regione intermediã, & sic bel-  
 li sedes in eã figatur. *Dn. Zigler. ad l. c. Grot. p. m. 234*  
 4 Comprobat insuper hunc ante transitum cavendi proces-  
 sum insigne postulatum *Mosis Numer. 20. 21.* quæ cum  
 transeundum haberet per alienos fines, primum Idumæo,  
 deinde Emoræo has tulit leges: iturum se viã regiã, nec  
 deflexurum ad possessiones privatas; si quã re ipsorum  
 haberet opus, justum pretium esse persolurum; quæ con-  
 ditiones cum repudiarentur, justum eo nomine bellum in-  
 tulit

culit Emorraeo. Tametsi potius ex eo, quod Rex Emor-  
 reorum ipse finibus suis cum exercitu egressus fuisset, &  
 Israelitis injuriam intulisset, hanc belli justitiam deducat  
*Dn. Zigler. l.c. cum Gerhard. Loc de Magistrat. n. 411.*  
 (II.) Notandum putamus & illud, quod subditus, pro-  
 pter religionem in Imperio permissam solum & domici-  
 lium mutans in territorio alterius Status Imperii, qui ei-  
 dem religioni addictus est, domicilium ac jus civitatis  
 optimè petere possit, *Nicol. Myler. in not. ad Rumei. in*  
*Aur. Bull. Carol. IV. part. 3. dissert. 2. Corol. 2. p. m. 670.*  
 Causam hujus positati videmus (a) in charitate Christia-  
 na, quum, qui sunt ejusdem confessionis, confraternita-  
 tem quasi inter se se habeant, atque concives in Christo  
 existant, quos ex civitate excludere, salva conscientia,  
 vix fieri potest. (b) Quod secus si statueretur, ejusce-  
 modi exules ob religionem Imperiali Banno notatis verè  
 similes existerent, quibus nullibi certum domicilium  
 habere liceret, ac poenam absque culpa paterentur, *vid.*  
*Christ. Lehm. de Pac. Relig. lib. 3. c. 35. quast. 9. Henr. Andr.*  
*Cran. de Pac. Relig. part. 3. problem. 9.* Elegans, nostro 7  
 seculo, exemplum Christianis Principibus dereliquit  
 Gustavus Adolphus, gloriose memorie Suecorum Rex,  
 qui multos ex Moravia, Bohemia, Austria &c. domo  
 profugos, & religionis causa discentes in publico Edi-  
 cto Regni sui sedes vacuas occupare jussit, *Johan. Philip.*  
*Abelin. Tom. 1. Act. Francofurt. ad annum 1627. pag. m.*  
*1041. Godofr. Schult. Chronic ad annum 1627. pag. m. 213.*  
 Idem cum nobis intendit sæpè laudatus *Grös. lib. 1. cap.*  
*2. §. 16.* dummodò prædicti expulsi & imperium, quod  
 constitutum est, subeant, & quæ alia ad vitandas seditio- 8  
 nes sunt necessaria, faciant (quoslibet enim recipere pere-  
 grinos in numerum civium, non modò periculosum est, 9  
 sed



sed nec civitatis ejusque status id amittit : siquidem fi-  
 nis ejus est civium beatitudo ; at impeditur ea, si mores  
 barbarici introducuntur, & semper observantur boni Le-  
 gumulatores, ne quævis importentur, nec quivis in nume-  
 rum civium admittantur, *Dn. Felden. ad cit. l. 2. c. 2. n.*  
**10. 16. p. m. 133.** *Hug. Grot. Dn. Bæcler. ibid.* Sic Aëoles Co-  
 lophonios, Rhodi Pnorbantem ejusque socios, Cares Me-  
 lios, Lacedemonii Minyas ( à Pelasgis expulsos, & tur-  
 pissimo dedecore in injuriam bene meritæ Urbis regnum  
 affectantes *Val. Max. lib. 4. c. 6. Exemp. exter. 3. p. m. 404.*  
 Cumæi alios ad se adventantes exceperunt : Barbarorum  
 quippe est, hospites pellere, ait ex Eratosthene *Strabo L. 17.*  
*add. Joban. Azor. Institur. moral. lib. 6. c. 17. p. m. 452.*  
**U** Aliàs causas, quare Gentes hodiè non tam frequenter mi-  
 grent de provincia, *vid. ap. Philip. Andr. Burgoldens. No-  
 tit. Imper. German. part. 3. disc. 12. p. m. 87. cum Flor. lib.*  
*3. cap. 3. Sigon. lib. 2. antiquit. jur. Ital. cap. 2. Curt. lib. 4.*  
*cap. 4. Machiavell. lib. 2. Histor. Flor. in princ. Oros. lib. 5.*  
*cap. 15. Sveton. in Jul. cap. 54. ubi subjungit : migratio*  
 autem Gentium olim facta vel propter famem & caritatem  
 annonæ, vel propter pestem, interdum propter internas  
 discordias, & intestina bella vel propter abundantiam viri-  
 um, ut plurimum propter cupidinem profundam aliena  
 appetendi. In hisce autem eruptionibus Gentium numi-  
 nis vindicta etiam conspicua est, utpote quum DEUS ho-  
 rum malorum hominum ministerio atque flagello impro-  
 bos punire, & integras nationes radicitus excindere con-  
 suevit ; *Addant. notabil. Consil. 1056. p. m. 615. &*  
*1084. pag. m. 641. ap. Maximil. Faust. ab*  
*Alschaffenburgk. Consil. pro Erar.*

CAP.



# CAPUT IV. EMIGRATIONEM VOLUN- TARIAM QVÆ SINE DETRA- CTIONE FIT DECLARANS

## THESIS. I.

1. *Qua sit emigratio voluntaria?*
2. *Sæpius ob utilitatem publicam quidam alio migrarunt.*
3. *Aliquando privatim inter esse migrationem causatur.*
4. *Si sponsus celebratis sponsalibus de futuro emigrationem intenderit, quam antea sponsa reticuerat, an sponsa sequi & matrimonium consummare teneatur?*
5. *Ratio decidendi negativa; præsertim si reconciliatio locum non inveniat.*
6. *Sententia Consistorii Supremi ex Carpzovio.*
7. *Sæpius ob tyrannidem Principis absoluti aliquis migrare cogitur.*
8. *Christianum non decet Principem suum tyrannicè imperitantem occidere, sed sibi potius fugâ consulere.*
9. *Emigratio voluntaria vel cum, vel sine onere detractionis fit.*
10. *Liberantur à detractione persona, qua ex uno territorio Principis in aliud ejusdem migrant.*
11. *Idem dicendum, quando quis proficiscitur ad locum, qua detractionem non poscit.*
12. *Quod extenditur ad civitatem, in qua detractio recepta quidem est, sed ipso actu secundo non exercetur.*
13. *Civitates quaedam, qua planè detractionem non observant.*
14. *An inter has numeranda quoq; Wormatia.*

H

Per



- 1 **P**ervenimus jam ad alteram partem divisionis nostræ generalis, quæ Emigrationem Voluntariam nobis sinit: nimirum quando homo actum pristinæ libertatis, à naturâ cuilibet concessæ exercens, aliorum sese recipere cogitat, bonumque societatis alterius conditioni suæ magis
- 2 conveniens, appetere intendit. Nec inter est (1.) an quis ob utilitatem publicam alio migrat, uti exemplum profert apud *T. Liv. ab U. C. lib. 1. cap. 13.* de Sabinis ex inito
- 3 foedere cum Romanis unam ex duabus civitatibus facientibus. (2.) An ob privatum peculii interesse aliorum contendit: quo tamen casu disquiri solet, quid juris sit, si ejus-
- 4 cæmodi solum mutare præsumens sponsalia contraxerit conditionem tamen hanc mutandi domicilium reticuerit sponsæ, quæ jam sequi detrectat? *Carpz. in Jurisp. Const. lib. 2. tit. 10. definit. 179.* putat, si nulla tentata reconciliatio inter partes speranda sit, sponsalia de futuro iterum rescindenda, & sponsæ liberum arbitrium aliò nubendi, terminis sic stantibus, relinquendum est. Rationem autem reddit sequentem: quod emigratio ac peregrino in loco perpetua commoratio difficillima conditio sit, cujus, si sponsa notitiam habuisset, nunquam fortè in desponsationem consensisset: ut hinc locum inveniat regula illa vulgata: quoties accidit casus, qui, si tempore sponsaliorum affuisset, sponsus vel sponsa procul dubio matrimonium renuisset, toties judicem ad dissolutionem reperiti, juxta
- 6 *Gerhard. Loc. de Conjug. §. 167.* prouti etiam respondit *Consist. Suprem. Mens. April. Ann. 1614.* So können wir bey so gestalten Sachen geschehen lassen / wann gedachter N. sich von Meissen und aufferhalb Landes begeben wird / daß die N. in andere Wege sich Christlich verhehlichen möge.
- 7 An ob tyrannidem Principis absoluti locum aut domicilium mutat: quoniam hoc etiam inter tria illa remedia subdi-

4.

subditis concessa ponit *Benedict. Carpzov. ad Leg. Reg. German. c. 14. Sect. 2. per tot. p. m. 300.* dum Primò ad preces confugiendum suadet, quo DEUS Principis animum regat & ad metam justitiæ flectat; quas propterea Christianorum arma vocat. *Naxianz. Or. I. contra Julian.* Secundò ad supplicationes, quo medio Elther & Mardochæus, quod vi non ausi fuissent, vel etiam seditionibus remorari horruissent, à cervicibus Judæorum periculum averterunt, *Esth. 3.* Tertiò ad fugam quâ Christiani sibi potius consulant, quam injustam vim contra Principem experiantur, exemplo plurimorum virorum piorum, veluti Mosis, Davidis, Obediæ, Eliæ &c. tum maxime, quod etiam magnum contra percussores tyrannorum aut quorumcunque Principum præjudicium est occultum DEI Judicium, quod multis exemplis probat elegantissime *Christoph. Forsner. ad Tacit. p. m. 25. quem vid. susus add. Hug. Grot. Tractat. de Jur. Bell. & Pac. lib. 1. cap. 4. de bell. subditor. p. m. 80. & seqq.* Competit verò hæc migratio omnibus liberis hominibus: & quidem non tantum peregrinis & incolis, sed etiam civibus in specie sic dictis; dispesciturque tam in eam, quæ sine onere, quam in eam, quæ cum onere detractionis perficitur. Illam videmus (1.) in personis, quæ ex uno loco territorii principis in alium eidem subjectum concedunt, *Berlich. Concl. 52. n. 21. p. 3.* prouti hoc in Electoratu Palatinatus & Marchionatu Brandeburgico observatum fuisse attestatur *Paul. Matth. Wehner. in Observat. Pract. verb. Nachsteuer. p. m. 519.* quod & de foro Magdeburgico Archi-Episcopali confirmat. *Fürstl. Magdeb. Policey-Ordnung. cap. 29. tit. vom Abzug p. m. 111. in verb. daß alle die jenigen unser Unterthanen so aus einer unser Stadt / Flecken oder Dorff in eine andere unsere Stadt / Flecken oder Dorff ziehen / und allda sich häußlich niederlassen / oder welche unter*

H 2

unter uns wohnhaft / und etwas an einen andern Ort auch  
unfers Gebiets und Obrigkeit ererben / ihrer halenden und  
angeregter Gestalt ererbten Haab und Gütern und Nah-  
ruag / liegend und fahrend / obberührtes Abzugs gänglichen  
betreyet seyn / und dessen nichts von Ihnen gefordert wer-  
den soll ; Es wäre denn von undenklichen Jahren an einen  
ort oder andern Ort herbracht / das der Abzug genommen wer-  
den / so hat es dabey sein bleiben. (Licet hanc consuetudi-  
nem in genere iniquam, & merito abolendam esse suadeat  
*Johann. Daurh. Tract. de Testament. p. m. 97. num. 69. (2.)*)

11 Die von einer Herrschafft unter eine Obrigkeit ziehen / dessen  
Obrigkeit keine Nachsteuer nimt von ihren abziehenden Un-  
terthanen / so sich unter des ersten Herrschafft begeben / ent-  
richtet auch kein Abzugs-Geld / juxta Lands-Ordnung Chur

12 Pfalz. tit. 7. quod etiam procedit in Foro Saxonico Ele-  
ctorali, quamvis aliqua civitas alias in genere jus detra-  
ctionis servet, illud tamen ipso actu secundo adversus cer-  
tam civitatem non exerceat. Actus siquidem primus de-  
trahendi cum actu secundo, uti Metaphysici loquuntur,  
effectivè concurrere debent. Non enim nuda detractionis  
facultas, quæ actum primum denotat, in his materiis ad  
ipsam detractionis retorsionem sufficit; sed requiritur in-  
super detractionis ipsissimum exercitium, sive actus se-  
cundus, quemadmodum apertissimè *Berlich. p. 3. Concl. 51.  
num. 28. attestatur ex Constit. Elect. Saxon. 38. p. 3. in verb.*  
Wann aber eine Stadt solch unbillig Recht im Gebrauch /  
und doch gleichwohl dasselbe wieder eine oder mehr gewisse  
Städte niemahls ins Werk gerichtet hätte / so könten sol-  
che Städte und Deter sich hinwieder des Juris retorsionis  
gegen dieselbe Stadt auch nicht gebrauchen. *Quamvis Sua-  
nemann. Compend. Jur. Emigrand. cap. 5. num. 5. & seqq.  
sum Math. Berlich, part. 3. Conclus. Practic. 51. n. 19. & 52.  
num.*

num. 20. aliud in aliis Principatibus observari tradant. (3.)  
 Sunt etiam Civitates quædam, quæ planè detractionem  
 non postulant ab emigrationibus, prouti de Rikingen in  
 Franconiâ, & de *Strassburg/ Speyer/ Wormbs* innuunt  
*Wehner. l. c. & verb. Freye Reichs-Städt/ p. m. 177. Dauth.*  
*l. c. Coppen. Decis. quæst. illustr. 11. Gail. 2. Obs. 30. num. 9.*  
 licet quantum ad Spiram, *Berlich. part. 3. Conclus. 51. n. 9.*  
 detractionem sui eadem usitatum esse dicat: item quod  
 Wornatiam attinet, valdè dubitet *Gylmann. tom. 3. Sym-<sup>14</sup>*  
*phorem. fol. 143.* num scilicet cives des Abzugs gefreyet?  
 cum & incolæ de bonis immobilibus, in territorio civitatis  
 sitis, teneantur dare *Schoß & Abzug/* si discedentes disce-  
 dant. *add. Rurger. Ruland. de Commissar. p. 2. l. 5. c. 4. n.*  
*41. Speid. verb. Reichs-Städt qui Aquisgranum addunt.*  
*Besold. Thesaur. Practic. verb. Abzug. Nicol. Myler. de*  
*Princip. & Stat. b. Imper. cap. 63. p. m. 534. Mindan. c. 2.*  
*n. 471.* An verò, propterea quod emigrantes detractionem  
 non solvant, hæ civitates *Freye Reichs-Städte/* ad  
 differentiam aliarum, quæ simpliciter *Reichs-Städte/* nò-  
 minari debeant, uti arbitrantur *Ruland. Speidel. Wehner.*  
*ll. cc.* credant alii, quum ego hoc de facili non affirmave-  
 rim. Porò eandem à detractione libertatem Ducatus  
 Württembergico ascribit *Maximilian. Faust. ab Alschaffens-*  
*burg. Consil. pro Arrar. 238. class. 4. ordin. 380. p. m. 142.* de  
 quâ tamen aliquo modo dubitatur, propter expressum  
 textum in *Fürstl. Württemberg. Land-Ordnung.* qui al-  
 legatur *in princ. cap. sequ. huj. dissert.* Nonnunquam (4.)  
 quidam eximuntur ab hoc onere detractionis, antiquâ ali-  
 quâ consuetudine muniti, quàm quadraginta annis in-  
 troduci posse arbitramur, *arg. L. Jubemus. 14. C. de Fund.*  
*Patrimonial.* cum & eodem tempore res, quæ sunt in  
 patrimonio Civitatis, præscribere quis valeat, *Dn. Fritsch.*



*loc. cit. th. 37. p. m. 151. Jung. Suannemann, Comp. iur. emigrand. cap. 6. per tot.*

## THESIS II.

1. *Eximuntur ab onere detractiois Comites Palatini.*
2. *Professores item & alia Academia membra.*
3. *Similiter Doctores omnes legitime promoti.*
4. 5. *Confirmatur (1.) rationibus.*
6. (2.) *Observantiâ distinctarum Academiarum.*
7. *Pastores & Ministri Ecclesia detractioem non patiuntur.*
8. *Quid juris circa viduas & liberos Pastorum, Professorum, Doctorum?*
9. *Ratio negativa Francisc. Marc.*
10. *Ratio affirmativa assertionis, qua est communis.*
11. *Excluduntur heredes Pastorum, Doctorum, &c extranei.*
12. *Cientes renunciantes & alibi migrantes detractiois non succumbunt.*
13. *Hoc ad Judaeos etiam extendit Speidel.*

<sup>1</sup> **P**Ræterea (5.) ab hoc onere detractiois eximuntur emigrantes Comites Palatini, *Georg. Mund. à Rodach. de Comit. Palatin. cap. 3. num. 381. p. m. 162.* Idem (6.) Professores aliaque Academiae membra, *Rumelin. ad A. B. Carol. IV. part. 2. Dissert. 5. th. 37. p. m. 504. cum Ernest. Coelm. Respons. Acad. 10. num. 4. & seqq. quod & Academiae Wittebergensis observantiâ probat Andr. Rauchbar.*

<sup>3</sup> *part. 1. quest. 15. num. 28. p. m. 111.* Et hoc (7.) ad omnes Doctores legitime promotos, alibi, quam in Academia habitantes, extendunt *Marth. Berlich. Conclus. Pract. part. 3. conclus. 52. num. 33. p. m. 355. Marth. Stephan. de Jurisd.*

4

*Jurisd. 3. p. 2. c. 10. n. 10.* ita ut de suis bonis, si discedere & alio se transferre, vel in alio loco hereditates aut legata percipere velint, nullam detractionem pati debeant; Rationes addunt (a.) ex arg. *L. Medicos 6. C. de Profess. & Medic. & Auth. habita. C. ne Fil. pro Patr.* (b.) Quia omnes rationes, quas obtinere dicit, etiam in reliquis Doctoribus locum habent, add. *Reusner. de Succes. ab Intest. D. 5. th. 25.* qui prædicta in Academiis Jenensi, Lipsiensi, Witteb. rgenfi, Helmstadiensi & aliis multis ita servari testatur: imò hoc in omnibus Jurisdictioni Academicæ subjectis procedere statuit. *Dn. Richt. ad Authent. Omnes peregrini. C. Commun. de Successionib. num. 49.* His subjungendi (8.) Pastores & Ministri Ecclesiarum, prouti Consistoriales Brandenburgenses pronuntiarunt apud *Schep- litz. in Consuetud. March. part. 3. tit. 8. §. 7. n. 6.* add. *Rumelii. l. c. p. m. 505. Besold. Consil. 172. quest. 3. n. 38. Schnobel. ad ff. Ex. 25. th. 28. Lindem. in Histor. Jur. Rom. th. 45.* quamquam hoc contrario usu abrogatum esse contendat *Lindenspur. ad Ordinat. Württenb. p. m. 22.* Sed quid (9.) dicendum de viduis & liberis prædictorum Professorum, Doctorum, Clericorum? his hanc immunitatem denegandam censet *Francisc. Marc. Decis. 137. num. 3. part. 1. cum Gloss. in L. medicos 6. verb. & filiis. C. de Profess. & Medic. p. m. 98.* quia hujus privilegii fundamentum positum est in Personâ maritorum, quâ destructâ, privilegium quoque cessare debet, add. *L. astatem 3. §. rebus 1. ff. de Censib. L. archiatros 9. in fin. C. de Metar. & Epidemet. Rauchb. 1. quest. 15. n. 27. Först. de Succes. ab intest. l. 2. c. 15. n. 20.* Contrarium tamen videtur verius quoniam tam liberi, quam persistentes in viduitate viduar, habentur perinde, ac si vir superesset in vivis; dignitatem forum & domicilium maritorum retinent, atque sub jurisdictione Academicâ

*causa permanent, add. l. final. is. nupta ff. de Senator. L. fidei  
mine. 8. cod. L. quoties. 3. C. de privilegiis Scholast. L. Ad-  
vocatus 2. C. de Advocat. divers. judic. L. filii. 22. §. vidua  
11 ff. ad municip. Cæterum hæredes extraneos, quippe  
quos privilegium hoc non tangit, lubenter cum Docto-  
ribus huic detractio- nis oneri subjungimus. Huc perti-  
12 nent (10.) clientes, privati clientela renunciantes, alioque  
domicilium transferentes, qui similiter Protectoribus suis,  
ratione exhibitæ ipsi- bus privatæ protectionis, jure detractio-  
nis aliquid pendere non tenentur, *Mag. de advocat. ar-  
mat. c. 10. n. 192.* Quoniam clientes quotannis Magistratui  
sub cujus protectione degunt, magnum plerumque tribu-  
tum solent pendere; Hinc æquum non est, ut finitâ tute-  
lâ insuper patrimonii diminutionem pati; aut partem ejus  
aliquam protectori relinquere debeant, *Joh. Jac. Speidel.  
13 Spec. Jurid. verb. Nachsteuer. p. m. 881.* ubi etiam hoc ad  
Judæos, extendit, in protectione alicujus constitutos, ni-  
si fortè immobilia quoque, quæ in loco habuerunt, si-  
mul vendant, & eorundem pretia secum exportent.*

### THESIS III.

1. *Uxor alterius civitatis jure detractio- nis gaudens civi-  
nubens ratione exportatæ dotis libera est ab onere  
detractio- nis.*
2. *Probaturs consuetudine Hispanorum.*
3. 4. *Confirmatur rationibus.*
5. *In dote ejusque constitutione laudemis non solvun-  
tur.*
6. *Dotis privilegio gaudent etiam vestes filiarum & ioca-  
lia in Confit. ArchiEp. Magdeb.*
7. *Contrarium multis est probabile secundum ius civile.*

8. *Idem*



- 8. Idque etiam observatur moribus Italia.
- 9. Qua de dote dicta sunt, ea quoque procedunt in donatione mortis causa.
- 10. Parentes & liberi sibi invicem succedentes detractionem non solvunt.
- 11. Hoc specialiter receptum Witteberga per transactionem inter Academiam & Senatorem oppidanum & confirmationem Electoriam.
- 12. Prajudicium aliud Scabinorum Hallensium.
- 13. Aliquando ex locali observantia aliud introductum.
- 14. Utiles actione negatoria injuste ad detractionis solutionem compulsus uti potest.
- 15. Et aliis remediis ex Constit. Camera Imperialis.

**H**isce (10.) addimus in foro nostro uxorem, quae ex civitate, in qua jus detractionis statuto introductum est, alterius civitatis civi nubit, & secum dotem exportando, emigrat; quippe quae etiam in Hispania attestante *Guttierex. quest. 72.* ratione bonorum dotalium sive æstimato, sive inæstimato datorum, nullam detractionem patitur, *add. Dom. Cardinal. Tusch. 4. pract. conclus. 5. lit. g. num. 19. argument. L. dotium causa. 1. ff. solut. matrim. ibique Barcol. & Jason.* cum (a) causa studii & dotis inter se se quiparantur: jam vero ob affectionem juris erga studia, onus detractionis cessare indubium est. (b) Cum detractionis commoda ad exemplum laudemiorum sint introducta; in dote autem, ejusque constitutione laudemia non solvuntur, *Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 50. num. 54.* atque huic dotis privilegio festivas etiam filiarum vestes & jocalia subjacere contendit *Schepl. ad consuet. Brandenb. p. 2. tit. 8. §. 18. num. 1. in med. & sequent. per totum.* Eadem vestigia sequitur *Juristi. Magd. Policey-Ordnung c. 20. vom Abzug*

3

Abzug



Abzug. p. m. 11. in verb. Wann auch ein junger Geſell  
oder Jungfrau nach Abſterben ihrer Eltern / ſo in unſern  
Erzſtift wohnhaft geweſt / unter eine andere Herrſchafft  
Heyrathen würden / ſollen ſie an dem / was ihre Geſchwiſter  
zum Heyrathgelde und Ausſtattung bekommen / oder was  
ihnen ihre Eltern / wenn die noch am Leben wären / nach Er-  
mäſſigung der Obrigkeit / zum Heyrathgathe oder Ausſtat-  
7 tung hätten mögen mitgeben / mit dem Abzuge auch unbe-  
ſchwert bleiben. Contrarium tamen Jure Civili probabi-  
lius eſſe arbitratur *Job. Köppen. deciſ. 6. n. 1. 6. & ſeqq. cum  
Lindenſp. ad Ordinat. Würtenb. f. 20.* quoniam dos & om-  
nes alia veſtes in collationem veniunt, & per conſequens  
revera res ſint hereditariae, *L. ſi ſoror. 8. ibi: examinatus  
partium allegationibus, cum bonis dotem confundi jubebit.  
l. ut liberis. 17. ibi: eadem dos, vel ante nuptias donatio  
ex ſubſtantia eius profecta conferatur. C. de Collatione.* de  
quibus pars detrahi poteſt, cum jus detractionis in omni-  
8 bus rebus hereditariis locum obtineat. Quod & in Italia  
observatur, adeo, ut & donatione facta filiofamilias, jus  
detractionis ſolvendum ſit. Hinc *Nicol. Myler ad Rumel-  
A. B. Carol. IV. p. 2. diſſert. 5. th. 8. p. m. 507.* ſe vidiffe aſſe-  
rit in Civitate Florentina, aliisve ditionibus Magno Duci  
Etruriae ſubjectis, de dote vel donatione propter nuptias,  
ut & de hereditate propinquorum ſeptem pro cento detra-  
ctionis, ſive gabelle loco, ita jubente conſtitutione, ſolu-  
tum eſſe, *add. Sard. deciſ. 96. Marc. Anton. Peregrin. lib. 3.  
9 conf. 101. num. 9.* Haec (12.) praeterea procedunt in donati-  
one mortis causa, quae quamvis Legatis aequiparetur quo-  
ad effectum, attamen quoad ſolemnitates & alia formalia  
magis contractibus accedit; praeterea ubi conſtitutio odi-  
oſa, qualis eſt detractione, *Andr. Rautbb. quaest. 17. num. 26.*  
de legatis & fideicommiſſis eſt promulgata: tunc enim le-  
gato-

gatorum nomine mortis causa donationes non veniunt,  
*Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. Jur. univers. lib. 41. c. 2.*  
*num. 8. & seqq. Jacob. Cuiac. 3. observ. 17. in fin.* Nec ali-  
 ud (13.) dicendum, si parentes liberis & vice versa succe- 10  
 dant, l. unic. C. de Imponend. lucrat. descript. l. 10. l. 11. de  
 Lib. & Posthum. l. 6. §. interdum. 5. ff. de acquir. Heredit.  
 Gloss. in cap. Pastoralis, 28. verb. quasi de lucro. de Decim.  
 Cochmann. Resp. Academic. 19. num. 57. Dn. Richter. ad Auth.  
 Omnes peregrini. num. 49. C. Commun. de Succession. Raueh-  
 bar. part. 1. quest. 15. num. 10. & seqq. ubi num. 28. dicit:  
 cum ante complures annos hac de Wittebergæ inter Aca- 11  
 demiam & Senatum Oppidanum controversia existeret,  
 ea tandem hoc modo dirempta & transacta est, ne Sena-  
 tui Oppidano sub hujus iniqui juris prætextu potestas esset,  
 quicquam detrahendi de hæreditatibus parentum aut libe-  
 rorum, ad Corpus Universitatis pertinentium, vel de bo-  
 nis Professorum eorumque liberorum aliò domicilium  
 transferentium. Quam transactionem Elector Saxonie  
 Augustus, felicis recordationis, Anno 63. approbavit &  
 ratam habuit. Et hoc modo etiam responderunt, teste  
 Dn. Hehold. de Jur. Representat. cap. 5. conclus. 9. §. 5. p. m.  
 282. Scabini Hallenses Mensæ Februar. Anno 1612. an Jo- 12  
 achim Müllern zu Gleina: Verba: Ist eures Weibes Rut-  
 ter im Erbstift Magdeburg verstorben / so hat sie ihre Ge-  
 rade / und was darzu gehöret / auff ihre Tochter verfallt;  
 Und ob gleich sonst im Ambte Coburg ein Gebrauch seyn  
 mag / da auffer dem Ambte etwas am Erbe oder Gerade  
 iemands abgefolget wird / daß derselbe etwas zum Abzuge  
 geben mus / kan doch solche / ohne daß unbillige Gewohn-  
 heit / auff die Erbschafft oder Gerade / so von den Eltern  
 auff die Kinder kommet / nicht gezogen werden. Nisi utro- 13  
 que casu diversum ex locali observantiâ obtineat, Carpx.



*p. 3. constit. 38. defm. 19. uti de Marchiâ Brandeb. testatur  
 Schepliz. ad Consuet. Marchic. p. 3. t. 3. §. 1. num. 4. & de  
 14 Civitate Hallensi Herold. l. c. Quod si tamen hisce mi-  
 graturis pretium aliquod detractionis, contra observantiam,  
 inducitur; tunc utili actione negatoriâ agere possunt,  
 Dn. Fritsch. J. P. Vol. 2, exercit. 4. t. b. 16. pag. m. 130. cum  
 Habn. ad Wesenb. ff. si usufructus per. num. 2. Imò injustè  
 15 arrestati in Camerâ Imperiali querelam instituere, & pro  
 mandato emigrandi supplicare valent, quò arrestum cum  
 restitutione omnis utilitatis rei arrestatæ relaxetur, add.  
 Andr. Gail. de Arrest. Imper. cap. 13. num. 6. 9. & seqq. p. 17.  
 106. Webner. l. c. p. m. 518. quamvis etiam injuriarum tam  
 contra privatum, ad cujus instantiam arrestati sunt, quam  
 contra ipsum magistratum agere possint, secundum Euse-  
 dum Gail. ib. cit. cap. 14. pag. m. 124. & seqq.*

## CAPUT V.

### EMIGRATIONEM VOLUN- TARIAM, QUÆ CUM ONERE DETRACTIONIS FIT, CONTINENS.

#### THESIS. I.

1. *Voluntariè emigrantes regulariter detractionem solvere coguntur.*
2. *Detractionis synonymia.*
3. *Opinio Beckeri examinatur.*
4. 5. *Limitatur.*
6. *Civitates quaedam in quibus, ius detractionis receptum.*

7. Ob.

- 7. *Observedantia Ducatus Würtembergici*
  - 8. *Non extante statuto subditis absq; detractioe liceo, quo velint, discedere.*
  - 6. *Detractio aliquando obtinet jure retorsionis.*
  - 10. *Hæc emigrationis cum detractioe species juri civili eras incognita.*
- II: *Dissentientium fundamenta*

Supra diximus, Emigrationem Voluntariam vel sine, vel cum onere detractiois fieri; Absoluto igitur membro primo, sequitur nunc necessario alterum, quod onus detractiois subinde connexum agnoscit. Merito ergo voluntarie emigrantes hoc onere in locis, ubi Statuto receptum est, gravantur, tum maxime, quod, uti in *cap. 1. huj. Dissert.* monitum, hæc bonorum transportatio civitumque opulentorum imminutio dominis etiam, ratione juris quaesiti, damnosæ, quid? bono publico ex assè luctuosæ existant, *Joh. Köppen, Deciss. n. 3.* Solent communiter illud vocare *Abzug/ Absehoss/ Abblössung/ oder Abfahrt/ Nachsteuer/ Andr. Gail. 2. Observ. 36. num. 9. & Tract. de Arrest. cap. 14. num. 12. Mager. de Advocat. Armat. cap. 6. num. 158. & cap. 10. num. 179. Georg. Mund. à Rodach, de Munerib. & Honorib. cap. 2. n. 447. & Tract. de Comie. Palatin. cap. 3. num. 380. Besold. Theasaur. Pract. verb. Absehoss. Zas. in L. necessarium. 2. pr. num. 27. ff. de Orig. Jur. Daverb. de Testament. tit. de Mater. testam. circ. quam limite. 24. num. 69. Rauchbar. Jur. Crit. & Saxon. 29. 15. num. 2. lib. 1. Conatur alias Becker. in Synops. Jur. Imper. Rom. Germ. lib. 3. cap. 5. p. m. 352. hoc detractiois jus superioritati territoriali adjungere, cujus annexum esse putat, allegans *Buxtorff. ad A. B. Carol. IV. conclus. 99. lit. d. Klock. de Contribus. cap. 1. num. 234. Myler. de Stat. Imper.**



pag. 2. cap. 27. Verum an hoc semper procedat, ad octu-  
4 lum cuique patefceret ex his, quæ partim jam protulimus,  
5 partim adhuc prolaturi sumus. Nam Magistratibus quo-  
que municipalibus, Collegiis item privilegiatis pariter &  
Academis hoc jus vel ex longâ & quietâ possessione &  
observantiâ, vel ex retorsione & jure talionis ad versus ali-  
os, detractionem prætendentes, competere posse, tam ma-  
nifestum est, quàm quod manifestissimum, Valet igitur ca-  
non *affirmative* hoc modo: Q. habet Jura territorialia,  
ille quoque habet Jura detractionis: non verò *negative*,  
v. g. Q. non habet Jura territorii, ille non habet Jura de-  
tractionis, *add. Cothmann. Consil. Academ. 10. Speidel. verb.*  
*Abzug.* Testantur autem de hac detrahendi consuetudi-  
ne *Wehner. & Speidel. verb. Reichs-Städt. Ruland. de*  
*Commissar. p. 2. l. 5. c. 4. n. 41.* eandem receptam (1) esse in  
Ulm / Nürnberg / Hailbrunn / Schwäbischen-Hall / Eßlin-  
6 gen / Augsburg / und dergleichen. Imò læpius, ultra onera  
detractionis, ad alia quoque Reipublicæ, ex quâ discedunt,  
necessaria & salutaria emigrantes, quasi debitæ gratiarum  
actionis loco tenentur, *Martin. Rumelin. ad A. B. Carol. IV.*  
7 *part. 2. Dissert. 5. th. 5. p. m. 502.* Sic in Ducatu Würten-  
bergico jus civitatis resignare volens tanto pretio id facere  
jubetur, quanto id comparavit, sequentibus, insuper eidem  
injunctis: (1.) ut cuncta, quæ ibi debet, exsolvat. (2.) Ne  
intra annum contra Ducem Würtembergicum ejusque ter-  
ritorum quicquam agat. (3.) Ut in causarum, quas in Du-  
catu Würtembergico habet, determinatione, intra annum  
faciendâ, in jure Würtembergico acquiescat. *Fürstliche*  
*Württembergische Lands-Ordnung. tit. von Burg-Recht.*  
*§. So einer ein Bürger-Recht. f. 5. Christ. Ludovic. Diet-*  
*herr. addit. ad Besold. Thesaur. Practic. verb. Abzug. p. m. 5.*  
8 Quamvis aliàs, non exstante statuto, ex jure communilub-  
dito

dito prope re, quò velit, abire sit licitum, *L. Postliminii. §. captivus. 3. ff. de Captiv. & Postlimin. revers.* Ita, ut quidem qualitas originaria, mutatione domicilii, minimè; sed effectus, ex naturali & ingenitâ illâ civilitate procreatus; bene tolli possit, *Johann. Jacob. Speidel. cit. verb. 26. §. 1. p. m. 12. cum Floned. consil. 5. num. 43. vol. 1. & Grav. ad Andr. Gail. Observ. Pract. lib. 2. observ. 30. num. 5. Besold. de Jur. Civit. c. 2. n. 1. & cap. 3. n. 10. Maximil. Faust. ab Aschaffenburg. cons. pro Erar. 238. class. 4. ordin. 389.* Præterea (II) detractionem obtinere aliquando constat jure retorsionis, *Jacob. Thoming. Decis. 26. n. 37. Cothmann. Cons. 45. num. 93.* Hinc si ponatur cum *Suane mann. cap. 7. num. 1.* Filium Noribergâ (qua consuetudine receptum est neminem emigrare posse, nisi detracta decima) in oppidum Lademiâ concessisse; ubi emigrationis tributum in usu non est; postea verò evenisse, ut Cajus civis Lademiensis, iterum Noribergam se contulerit, eoque bona sua transportaverit; rectissimè quaeritur: an Senatus Lademiensis decimam à Caji bonis jure retorsionis detrahere & retinere possit? quod affirmatur cum *Matth. Berlich. part. 3. conclus. 51. num. 3. Modestin. Pistor. consil. II. num. 66. & seqq. vol. 2. arg. l. 1. ff. quod quisq. jur. in alter. l. 17. de Evict. l. 15. in fin. Si servit. vind. l. 38. in fin. pr. de Cond. Indeb. Consentiant* **Beit Ludwig à Seckendorff in Teutsch. Fürst. Staat part. 3. cap. 2. num. 5. p. m. 384. in verb. und gegen diejenige / wenn es gleich sonst nicht Herkommens ist / solches am meisten geübet / welche an einen solchen Orth ziehen / da dieses scharffe Recht im Gebrauch ist.** Hanc autem migrationis speciem juri civili incognitam esse, asserit *Dn. Fritsch. cit. Exerct. 4. th. 16. p. m. 130. cum Köppen. decis. 5. num. 1. Wehner. observ. pract. verb. Nachsteuer. p. m. 508. Casp. Klock. de arar. lib. 2. c. 69. n. 4. p. m. 469.*

Tametsi



¶ Tametsi ejusdem vestigia reperiri in *tot. tit. C. de impon. lucrat. descript.* item in *l. i. 2. 3. quand. & quibus quart. pars debet*: Contendat *Nicol. Myler. ad Mare. Rumel. A. B. Carol. IV. part. 2. dissert. 5. ch. 5. lic. B. pag. m. 503.* item huic oneri jure civili omnes subjectos esse suadeant *l. 2. l. 8. l. 9. ff. de leg. secundum Dn. Richter. ad aubent. omnes peregrin. C. Commun. de Succession. num. 49.* exceptis liberis parentibus succedentibus, & vice versâ, *arg. l. ii. ff. de lib. & posthum. l. 6. §. 5. ff. de acquir. Herod. Rauchb. p. 1. q. 15. num. 10.* de quo supra *cap. 4. huj. Disp.* & ab Imperatore Justiniano hanc speciem abrogatam esse dicat *Benedict. Carpzov. in Jurisprud. Forens. part. 3. Constit. 38. definit. 19. num. 2. pag. m. 1273. per L. Final. C. de Edict. Hadrian. tollend. ubi Bald. num. 13.* quod ipsi bonâ nostrâ pace defendunt; interim videatur *Berlich. part. 3. conclus. 52. num. 10. p. m. 352. Bodin. de Rep. lib. 6. cap. 8. Dominic. Card. Tusch. observat. practic. lit. G. conclus. 6. pag. m. 248.* Similiter *Suthold. Diss. II. aph. 80.* lege Juliâ, subjiçiat, augendi ærarii causâ constitutum erat, ut ex omnibus hereditatibus, nisi quæ proxima genere junctis aut pauperibus relinquebantur, fiscus vicissimam caperet, ut est apud *Dion. l. 55.* quod à sequentibus (quippe sub principe bono solet esse mala causa fisci, ut eleganter *Plin. in Panegyri. Trajan.*) paulatim abrogatum; *Vid. Cujac. ad Paul. 4. sent. tit. 6.*

## THESIS II.

1. *Pretium detractionis variat.*
2. *Contra detractionem solvere deurgantes conceditur aliquando arrestum.*
3. *Mandatum contra arrestum extractum potest elidi per varia remedia.*
4. *Idem*



- 4. Idem dicendum de bonis, qua in forenses cum onere detractionis transferuntur.
- 5. Non tantum emigrantes detractionem, sed & alio se conferentes pro receptione quid solvere tenentur.
- 6. Non eximuntur à detractione voluntariè propter religionem emigrantes.
- 7. Taxatur Franciscus Burckardi.
- 8. Aliud dicendum de iis, qui emigrare coacti sunt.
- 9. Modus quintuplex, per quem detraçtio evitari potest iuxta Berlichium.

**P**retium in nostra emigratione solvendum, quod attingit, videmus illud pro varietate locorum varium esse. Hinc multis in locis decima quindena, decima, in aliis verò sexta, quarta vel tertia pars exigitur ab iis, qui Jus Civitatis recipiunt vel mutant, *Johann. Koppen. quest. 5. num. 4. Johann. Jacob. Speidel. Spec. Jurid. verb. Abzug. 29. p. m. 11. Maximil. Faust. ab Wschaffenburg. class. 4. conf. 238. Ordin. 389. Besold. thes. pract. verb. Abzug. 14. p. m. 9. Christ. Ming. de superioris. territor. c. 6. num. 83. apud Scifart, p. m. 987. Rauchbart. quest. 15. n. 1. part. 1. Jacob. Schultes. ad Modest. Pistor. p. 2. quest. 54. num. 6. part. 2. Seckendorff in L. F. St. p. m. 384. Thoming. Decis. 26. num. 38. 29. Illustr.* Hinc etiam contra denegationem ejusdem, juxta Magistratui remedia competunt: potest enim tuto res & personam emigraturi arrestare, citra periculum decernendorum mandatorum in Camerâ Imperiali, *R. A. zu Regensburg de anno 1594. verb.* Und so viel die ungleiche Meinungen und Verstand des Worts arrest, und dahero eingefallene Streit belangt / dieselbige zu entscheiden / wollen wir /

R



wir / daß die constitutio arrestorum ad illicita arresta fa-  
ci, quæ sunt propria autoritate sine cognitione causæ,  
und die ihrer rechten Eigenschaft nach / wahre und  
in Rechten verbotene arresta genennet werden / zu ver-  
stehen / und ad licita de iure permilla arresta, welche ra-  
tione contractus confessati, rei iudicata conventionis,  
pacti, transactionis, consuetudinis, privilegii, auch ge-  
wöhnlicher hergebrachter Nachsteuer / Abzug / recht-  
mäßig erlangten und gewöhnlichen Zolls halben sich  
zutragen möchten / nicht zu extendiren seyn / noch auch  
simplices turbationes, pignorationes, compensationes,  
occupationes, invasiones und dergleichen Sachen / dar-  
über sonderbahre Reichs Constitutionen oder gemein-  
ner beschriebener Rechten Verordnungen / auffgerich-  
tet / verstanden / und mit vermeldten arrestis nicht  
confundire werden sollen. *Andr. Gail. de arrest. Imp.*

*cap. 14. num. 12. pag. m. 127. Petr. Frider. Mind. de Process.*

3 *lib. 1. cap. 39. num. 9. p. m. 165.* Imò si contra arrestum,  
hujusmodi ex causis impositum, aliquis mandatum ex-  
traxerit, id per exceptionem conventionis, debiti con-  
fessati &c. rursus elidi potest, *Mind. loc. cit. c. 40. t. b. 5.*

4 *num. 6. pag. m. 169.* Idem dicendum de bonis, quæ in  
forenses transferri cum onere annexo detractionis de-  
bent: quocirca si forenses, stante tali consuetudine, re-  
cusent solvere collectas ratione possessionum, possunt  
domini locorum uti jurisdictione sua contra ipsos, & se-  
questrare fructus, & pignorarare recusantes solvere, pec-  
nam & multas imponere, etiam sub amissione rerum,  
quia concessam potestatem imponendi sequitur potestas  
exigendi, & per consequentiam faciendi omnia alia, quæ  
ex ipsis sequuntur; cum bona vice pignorum, ipso jure  
tributis sint obligata, *vid. Andr. Gail. Observ. Camer. 52.*

*lib. 2.*

lib. 2. num. 20. pag. m. 326. adeo quidem, ut omne pignorationis periculum atque poena, iniquo arresto ac Imperio imposita, cessent, *cit. N. A. in verb.* Also auch so der Nachsteuer halben gegen den Unterthanen arresta angeleget wurden / sollen dieselben in Bewegung der Unterthanen Güter nach Umweisung der Rechten tacite oder sonsten alten Gebrauch und Herkommen nach / von männiglich darümb verhafte / hypothecirt und affectirt, unter gemeldeter Constitution auch nicht begriffen seyn. Nec tantum emigrantes ex loco quodam detractionis oneri subiectos esse constat, sed seepius in nova territoria advenientes & jus civitatis ambientes Joachimicos aliquot pro se & uxore imò pro liberis nonnunquam juxta capita exsolvere juramentaque præstare debere certum est, *Johann. Koppen. Decis. 11. num. 4. Christoph. Suanneman. in Compend. Jur. Emigrand. cap. 2. num. 3. quod Einzug / Bürger / Recht / Aufnahme / Geld / Auf / Fahrt appellat, Knichen pars. 2. de Vestit. pact. cap. 4. num. 288. C. segg. imò quotannis protectionis causa in publicum aliquid commodum conferre debent, Zas. in l. necessarium. 2. princip. num. 26. ff. de Origin. Jur. Gail. 2. observ. Cameral. 35. num. 8. Mund. de Comit. Palatin. cap. 3. num. 379. Petr. Wesenbec. Consil. 1. num. 15. Sectendorff. pag. m. 84. Schnobel. ad ff. Ex. 25. th. 28. ibique Dn. Beier. Ad hanc præterea emigrationis speciem referimus emigrationem illam voluntariam, quam aliquando Pontificii, Augustanæ vel Reformatæ religioni sese addicentes, & vice versâ, sponte suscipiunt, N. A. zu Augspurg anno 1555. s. wo aber unsere etc. in verbis: denen solcher Ab / und Zuzug / auch Verkaufung ihrer Haab und Güter / gegen ziemlich billigen Abtrag der Leib / Eigens / ast und Nach*

R 2

Nach



Nachsteuer / wie es eines teglichen Orts von Alters  
her üblichen herbracht und gehalten worden ist / uns  
verhindert männiglichst / zugelassen und bewilligt /  
&c. addat. Instrum. Pac. Caesar. Suecic. cap. 5. num. 12.  
& 13. Benedict. Carpzov. ad Leg. Reg. German. cap. 14.  
Sect. 2. num. 11. & seqq. pag. m. 301. Petr. Leopold. ad Con-  
stit. pac. relig. th. 2. apud Arum. de Jur. Publ. Volum. 1.  
disc. 24. pag. m. 687. Petr. Syring. de pac. relig. th. 34. p.  
m. 344. Godofr. Suv. ad Pac. relig. proposit. 7. th. 1. &  
seqq. pag. m. 97. Jos. Nold. de Stat. Nobil. cap. 16. num. 156.  
pag. m. 458. Henr. Klock. discept. de jure vestigal. num. 63.  
lit. d. pag. m. 1109. Johann. Norderm. de Jur. Principat.  
conclus. 28. lit. b. pag. m. 285. Johann. Georg. Becht. de se-  
curis. & salu. conduct. cap. 2. num. 85. p. m. 835. Christoph.  
Ming. de superior. territor. num. 83. pag. m. 987. Henric.  
Bruning. de var. univers. specieb. num. 39. pag. m. 510.  
Christ. Liebenthal Coll. Polit. exam. 15. quest. 8. pag. m. 381.  
Paul. March. Wehn. observ. pract. verb. Nachsteuer. pag.  
m. 517. & seqq. Mart. Rumel. ad A. B. Carol. IV. part. 2.  
Decis. 5. th. 6. ibique Nicol. Myler. in addit. p. m. 503. &  
seqq. Matth. Berlich. conclus. practie. 52. part. 3. num. 15.  
pag. m. 354. & seqq. Atque hæc voluntaria propter reli-  
gionem emigratio satis consentanea esse censetur naturali  
libertati, à Romanis magno in pretio habitæ; quia non  
multum à specie servientium differunt, quibus facultas  
7 non competit recedendi, l. 4. libertas. ff. de stat. homin.  
Venui. in l. 2. de lib. homin. exhibend. Non proinde quic-  
quam obtinebit Franciscus Burckardus, Autor. Autonom.  
von Freystellung der Religion / part. 3. cap. 32. (quem  
vocat Parthen. Litigios. sive Valens. Winter / Ducum  
Pomeraniæ quondam consiliarius, lib. 1. cap. 6. num. 9.  
Andream Erstenberger / vid. Benedict. Carpzov. prax.  
crim.

*crim. part. 1. quest. 41. num. 78. pag. m. 252. & fuit Can-*  
*cellarius Archi-Ep. Colonienſis, vid. Philipp. Andr. Bur-*  
*goldenſ. in Not. Imp. German. part. 2. pag. m. 87.) qui ſta-*  
*tuit, ſi libera manendi vel abeundi facultas concederetur*  
*ſubdito, infinitas ſequi abſurditates: autoritatem magi-*  
*ſtratus tolli, & libidini ſubditorum ſubjici: anſam rebel-*  
*lionis præberi, omniumque rerum confuſionem, quid?*  
*ſacra profanis miſceri: quaſi nimirum Magiſtratus au-*  
*toritas conſiſtat in eo, ut vel invitum retinere, vel no-*  
*lentem ſubditum expellere poſſit. Et hanc proinde ex-*  
*clamationem inanem eſſe verborum ſtrepitum & venti*  
*ſpolium dicit Petr. Syring. de Pac. Relig. conſul. 34. ap.*  
*Arum. de Jur. Publ. vol. 2. diſcuſ. 10. pag. m. 345. & ex*  
*hoc Benedict. Carpzov. ad Leg. Reg. German. cap. 14. ſect.*  
*2. num. 12. & ſeqq. pag. m. 301. Cæterum quando Au-*  
*guſtanz Confeſſioni addicti, vel contra, e terris Sta-*  
*tuum alterius Religionis emigrare debent, & alibi publi-*  
*co religionis exercitio fruſci; nec ibidem manere, vel*  
*domi ſuæ religionis cultum, citra ſcandalum & offenſi-*  
*onem adverſæ partis, peragere non poſſunt, tunc alia ab*  
*hac emigratio ob religionem, nimirum neceſſaria, & non*  
*cum onere detractioſis conjuncta, de qua, quoniam in*  
*capite tertio quædam protulimus jam uberius movere*  
*dubia recuſamus. Coronidis tantum ergo in hoc capi-*  
*te notandum putamus duo: primum die **Abzugs Briefe***  
*ſe/ quarum formulam vide ap. **Volkmann. part. 4. cap. 57.***  
*Secundum modum illum quintuplicem, quo jus detra-*  
*ctionis, in loco receptum, quis evitare valet, juxta*  
***Matth. Berlich. part. 4. conſul. præct. 52. num. 88. &***  
***ſeqq. Dominic. Cardin. Tuſch. 20. conſul. præct. num. 1.***  
***& ſeqq. lit. g. tom. 4. Joachim. Schepliz. Conſuet. Bran-***  
***denb. p. 3. lit. 8. §. 12. & ſeqq. Johann. Köppen. deciſ. 5.***



num. 61. Videlicet (1.) si heres, legatarius vel alius ea, quæ ex hereditate & legato obveniunt, non dividat, sed sibi debitam portionem relinquat in loco hereditario, & quorannis fructus & redditus inde percipiat (Nisi in quibusdam locis receptum sit, ut cum perceptione fructuum ipsa habitatio jungatur.) Ratio est, secundum præfatos *Autorr.* quod res sub onere, solito semper & indubitato permaneat; ubi tamen, si postea vendatur, detractionis tributum detrahitur. Exemplum se meminisse, profert *Suannemann. Compend. Jur. Emigrand. cap. 3. num. 10. & 11. pag. m. 22.* Idque fortius procedit, quando is, cui delata est domus hæreditaria jus civitatis impetret; nihil enim tunc decedit; Si tamen coheredes habeat, eos de mobilibus penlitare æquum est. Quippe emigrationis decimæ cā de causâ solvuntur, & per consuetudinem introductæ receptæque sunt ut magistratus loci, qui tributo collectandi per rerum exportationem privatur, in compensationem decimas detrahat & percipiat, *Ernest. Cothmann. Respons. Academ. 19. num. 45. pag. m. 110.* (2.) Si extraneus in loco bonorum, ubi tale jus viget, aliquandiu permaneat, ibique lares & focos foveat. Sed tamen nec ibi omnem dolum abesse manifestum est: præsertim cum postea, animo defraudandi interesse publicum, discedit, & omnia bona sibi delata aliò, ubi antea habitavit, transfert. (3.) Si Legatarius de herede confidens renunciât legato, vel curet apocham privatam super debito legati fieri, (quod satis quippe periculosum non facile suaderemus.) (4.) quis extraneo alicui, non titulo hereditatis, legati vel fideicommissi, sed mortis causa donationis relinquat, (quem modum magis tutum arbitramur, cum hæc potius;

potius, uti supra monitum, contractus, quam legati vel  
ces suslineat, praesertim in hisce odiosis, quale est de-  
tractio, *Cujac. 3. Observ. 17. in fin. (5.)* Si filius, vel  
alius, cui hereditas deferri speratur accepta sua portione  
hereditati sufficienter renunciat. (Ubi alias allegant  
*Andr. Gail. Observ. Camer. 35. lib. 2. num. 9.* tanquam  
dissentientem, qui tamen ibidem plane alium casum  
pertractat, & loquitur de casu, ubi aliquis domicilium  
& bona sua aliò transfert, atque ex jure statutario ad  
onera detractoris tenetur, prouti ex ejusdem verbis  
clarum est: Potest autem, inquit ille, quilibet pro-  
pria voluntate incolatum & domicilio renunciare, quòd  
fit eo ipso, quando se & bona sua in alium locum trans-  
fert: sed renunciatio plerumque fit cum onere, secun-  
dum locorum consuetudines aut statuta, ut nimirum  
renunciantes de bonis suis aliquid Magistratui loci pen-  
sitent, *daß sie nachstehen müssen /* sicut in civibus  
renunciantibus receptum est, quia incolæ civium  
appellatione continentur; scilicet ut obli-  
gentur consuetudinibus & legibus ejus  
loci, ubi incolæ sunt.)

CAP.

CAPUT VI.  
EMIGRATIONIS CON-  
TRARIA DELL-  
NEANS.  
THESIS. I.

1. Emigrare non possunt homines proprii.
2. Quales sunt Wildfangii in Palatinatu.
3. Jure civili hominum propriorum conditio varia.
4. Remedia contra hosce de facto emigrantes.
5. Colonorum conditio apud Romanos aucta.
6. Conveniunt cum his in quibusdam Rustici hodierni.
7. Misera conditio quorundam propriorum apud ex-  
eros.

**L**egitimo jam tramite eorum, qui migrationis jure gaudere possunt, peracto, nunc flagitante methodo quoque ad eos pervenimus, qui hoc privilegio, ob aliquod impedimentum legale, uti nequeunt. Sunt autem illi (I.) homines proprii & glebæ addicti; *Manz. decis. Palatin. Neob. quest. 18. num. 23. Un. Mex. tract. vom Zustand und Abfolg der Bauersleute.* Quales etiam sunt homines illi proprii initiati in Palatinatu, quos describit *Philipp. Andr. Burgoldens. notit. rer. Imp. Rom. pars. 1. decis. 26. pag. m. 463. & seqq.* atque vocantur die *Wildfänge* / à capiendo, non quod ferarum in morem inviti in castes pertrahantur, (nihil enim violenti hic adest) sed suâ sponte venientes in loca, ubi Serenissimus Elector



14.

Electoꝝ Palatinus jus homines proprios acquirendi ha-  
bet, fixâ ibi fortunarum sede, nec anni spatio à Domino  
quopiam vindicati in censum Palatinatus propriorum  
hominum, inque clientelam Electoꝝ recipiuntur, præ-  
stitis paucis ab antiquo præstari solitis: videlicet solve-  
vere debent vel honorarium, quod penditur præfecto,  
ipsorum curam suscipienti, tutelam promittenti, no-  
menque in album referenti; vel florennum receptionis,  
vulgo den *Fahegulden*. Coeterum jure Civili conditio <sup>3</sup>  
hominum propriorum varia fuit; quidam siquidem ita  
glebæ adscripti sunt ut nihil, nisi peculium, in terra ha-  
beant, unaque cum terris à Domino possideri & vendi  
censeantur, *L. ne diutius. 21. C. de Agricol. & Cens.*  
Alii verò tempore annorum triginta coloni fiunt, liberi  
manentes cum rebus suis: & ii etiam coguntur terram  
colere & canonem præstare. In genere tamen omnes  
nullis privilegiis, nullâ dignitate, nullâ census aucto-  
ritate excusantur, sed amputatis omnibus, quæ per gra-  
tiam sunt elicita, domino vel fundo sunt reddendi, cum  
satis inhumanum sit, terram, quæ ab initio ejusmodi  
adscriptitios habuit, suis quodammodo membris defrau-  
dari; & colonos, in aliis terris demorantes, dominos  
terræ maximis damnis afficere, *vid. L. originarios. 11. l.*  
*Agricolarum. 18. l. cum satv. 23. principio. C. eodem. tit.*  
Hinc prostant remedia tam possessoria *in l. si coloni. 14.* <sup>4</sup>  
*ibid.* ubi si coloni, quos bonâ fide quisque possidet, ad  
alios fugæ vitio transeuntes, necessitatem propriæ con-  
ditionis declinare tentaverint, bonæ fidei possessori pri-  
mum oportet celeri reformatione succurri, & tunc cau-  
sam originis & proprietatis agitari; quàm petitoria *l. cum*  
*satis princip. hoc tit. ubi nemo.* adscriptitiæ conditioni  
L sup-

suppositus, ex annalibus curriculis, quantacunque emanaverint, vel quâcunque negotiatione sibi vindicare potest libertatem: sed remaneat, jubente Justiniano, adscriptitius & inhæreat terræ; & si se celaverit, vel separare se conatus fuerit, secundum exemplum servi fugitivi, sese diutinis insidiis furari intelligatur, & sit suppositus unâ cum omni sobole suâ, si in eâ terrâ eam fecerit, hujusmodi fortunæ & capitali illationi, nullâ liberatione ei penitus competente, *add. Johan. Brunn. in C. ad L. citat. pag. m. 947. & seqq. Jacob. Menoch. in remed. re-  
5 cup. possess. 10. per totum.* Aliâs videtur hæc colonorum origo non obscure apud Romanos auctâ, per eâ, quod egentes liberti, quales tum temporis multi ob crebras manumissiones fuerunt, ut victum haberent, domino fundorum, eâ lege operam addiderint, ut perpetuò ipsi eorumque liberi coloni essent; quod cum ex usu Reipublicæ æstimaretur, ut tanto melius & plenius tributa fisco inferrentur, conditio eorum hominum variis legibus confirmata & comprobata fuit, *Abasv. Fritsch. de Jur. Publ. Volum. 2. exercit. 4. thes. 61. pag. m. 177. cum Bachov. ad Treutl. Volum. 1. disputat. 2. thes. 2. lit. d. Colleg. Argentorat. de stat. homin. tb. 14. ibique Jo-  
6 han. Ott. Tabor. pag. m. 33. & seqq.* Atque cum his certo modo conveniunt temporibus nostris rustici illi, qui à domino certos fundos habent, iisque, ratione terræ, vel personalis servitii, adstricti sunt, ut sine eorum veniâ à nexu se liberare non valeant, & pro immobilibus habeantur, possintque pro lubitu, cum ager ipsis datus sub dominio domini remaneat, à dominis ejici, de quibus videantur *Andr. Gail. tractat. de pignorat observat. 2. num. 3. pag. m. 162. David. Mev. ad Jus Lübec. L. 1. tit. 3. num.*

num. 34. & seqq. pag. m. 145. cūm Husan. de hominib.  
 propr. part. 2. cap. 2. num. 36. Zas. resp. singul. lib. 1.  
 cap. 3. Sichard. in leg. libert. 11. num. 4. C. de testibus.  
 Quo modo Vandali, Rusli, Bohemi & Poloni colonos,  
 item homines proprios tractent, vid. Johann. Jacob.  
 Speidel. Spec. Jurid. verb. Leibeigne Leuth. 175. pag. m.  
 791. & seqq. ex Reinhard. König. theat. polit. part. 1.  
 cap. 11. num. 148. chef. 152. & seqq. pag. m. 31. & seqq.  
 add. Thom. Lans. consultat. de principat. inter Provinc.  
 Europ. in orat. contra Polon. pag. m. 650. de durissima  
 rusticorum in Livoniâ servitute vid. Lorenz Müller  
 in der Septentrional. Histori fol. 32. apud Herm. Herm.  
 fascic. Jur. Publ. cap. 2. num. 1. pag. m. 14. qui si pen-  
 sum suum non solvant, vel dominos irritent, vapulant  
 miserimè, quos, cum Stephanus Poloniæ Rex Anno  
 1582. à plagis eximere se velle significaret, & plagis mul-  
 ctam imponere mitissimam, responderunt: se omnia  
 malle pati, quam novitatem induci,

## THESIS II.

1. Modi justî quibus se hodiè proprii homines eximere possunt.
2. Testimonium Befoldi.
3. Statuto aliquando introducitur, ne quis domicilium planè mutet.
4. Discedere non licet gregatim.
5. Conclusio.

**M**Oribus nostris in Imperio distincti subditis, vel ho-  
 minibus propriis modi suppeditantur, quibus se, jus-  
 su



si summi magistratus, à dominorum repetitione libera-  
re, & domicilium mutare, sive emigrare possunt. Ni-  
mirum si (a) domini in subditos nimium sæviant, eos-  
que ad insolitas operas, angarias sive parangarias præ-  
standas vi compellant, tali casu subditi superioris auxili-  
um & officium implorare queunt, ut domino sub gra-  
vi poenâ mandetur; ne plus solito eos gravet; & tali  
casu solent quandoque mandata sine clausulâ in Camera  
decerni, quando videlicet ex narratis supplicationum  
constat de nimia atrocitate & sævitiâ domini, ita, ut sæ-  
vitiâ ejus omni jure censeatur prohibitum: Exempli  
gratiâ si ex causa civili subditos, contra oblatam cautio-  
nem, in carceres miserè detradat; si novas exactiones,  
proprio motu, pro suâ libidine, absque summi  
Principis auctoritate, puta Imperatoris, imponat; si in-  
ops vel censu prodigus sub umbra officii eos flagiti-  
osè & turpiter emungat, & assiduis operis exerceat,  
mit überflüssigen und ungemässen täglichen froh-  
nen/ adeo, ut non suppetat iis tempus sese alendi, vid.  
*Andr. Gail. observat. pract. 17. lib. 1. num. 1. pag. m. 28.*  
*Petr. Frider. Mind. de mand. lib. 2. cap. 45. num. 4. pag.*  
*m. 280. (b) Si dominus declaratus sit in bannum Im-*  
*perii, vid. Andr. Gail. tractat. de arrest. Imp. cap. 8.*  
*num. 16. pag. m. 67. ubi allegat. lib. 2. cap. 15. tract. de*  
*pac. publ. pag. m. 122. & seqq. ubi tamen de vasallo po-*  
*tius, quam de hominibus propriis loquitur. (c) Si ob*  
*loci sterilitatem necessaria alimenta ibi habere nequeant,*  
*ut puta si fundus sit aut arenosus, aut saxosus, & ita*  
*contumax, ut nulla cultura quantumvis diligenti, fru-*  
*tuosus effici queat; quia hisce in casibus licitum est*  
*jure quoque naturæ & gentium, subditis & colonis do-*

minum

iniquum deserere; & se ad alia loca transferre; modo hoc  
 non faciant perverse & citra necessitatem, malitiose Jo-  
 han. Bod. de Republ. lib. 1. cap. 6. pag. m. 92. Andr. Gailo  
 de arrest. loc. citat. cum Menoch. remed. recuperand. pos-  
 sess. 10. num. 88. Luc. de Pen. in Leg. si coloni. 14. de a-  
 gric. (a) Si à dominis manumissi fuerint, vel certo quo-  
 dam pretio interveniente, vel ex mera liberalitate; Just.  
 Meier. colleg. Argentorat. lib. 1. tit. 5. de stat. homin.  
 num. 17. & segg. pag. m. 37. add: Dn. Mev. tract. 4. vom  
 Abfolge der Bauersleute. quasi. 3. Huc ultimo refer  
 ea, quæ tradit Christoph. Besold. thes. pract. adduct. verb.  
 Leibeigne Leute. 45. pag. m. 580. in verb. Einem  
 Leibeignen kan man nicht wehren sich aus-  
 serhalb der Herrschafft seines Land- und  
 Hals- Herren zu verheyrathen. Denn  
 obwol sonst ein Leibeigner Untertthaner  
 ohne Wissen seines Hals- Herren oder Ob-  
 rigkeit / sich mit Leib und Gut nicht ver-  
 ändern kan / so ist doch aller Orten der  
 Brauch / daß gegen Erstattung des Ab-  
 zugs und Abkauffung der Leibeigenschaft  
 die Untertthanen hinweg sich zu begeben  
 nicht verhindert werden. Doch stehet der  
 Obrikeit frey / die Leibeigenschaft ihme  
 zu reserviren; welches dann dem Religions  
 Frieden (de Anno 1555. s. wo aber unsere / ibi:  
 doch soll den Obrikeiten an ihren Gerech-



figkeiten und Herkommen der Leibeigenen  
 halben / dieselbige ledig zu zehlen / oder  
 nicht / hierdurch nicht abgebrochen oder  
 genommen seyn) gemäß ist: Et ita in arbitrio  
 est domini territorialis, vel vendere, vel reservare pro-  
 prietatem, wann nun eine hohe Obrigkeit die  
 Leibeigenschaft reserviret, muß solcher Leib-  
 eigner / wann er gleich in einer Stadt woh-  
 net / nichts desto weniger alle *jura* seinem  
 Hals = Herreu erstatten; non vigore jurisdic-  
 tionis, quā jam liberatus est; sed servitutis, & eorum,  
 quæ ex eadem consuetudine oriuntur. Censetur ta-  
 men potior conditio prohibentis, aut res forte diju-  
 dicatur, quoties territorium ad duos pertinet domi-  
 nos, & unus eorum colonum à servitute absolvere, al-  
 ter verò eundem retinere velit, quanquam sciamus,  
 Jure civili in manumissione servi communis aliud esse  
 sancitum, *argument. §. erat. 4. instit. de dominatio-*  
 3 *nib. (2.)* Statuto aliquando videmus introductum,  
 ne quis, domicilium prorsus mutet: quale Statutum  
 Dux Parmensis introduxit, ac subditis suis interdixit,  
 ne ii è civitatibus suæ jurisdictioni subjectis emigrent.  
 Sic legem Argivorum de non mutandâ civitate re-  
 fert Ovid. *Metamorph. 15.* prohibent discedere leges  
 poenæque mors posita est patriam multare volenti,  
*jung. Bæcler. ad lib. 2. Grot. cap. 5. §. 24. pag. m. 176.*  
 Quod &, ut maximè congruum, propugnat *Bodin.*  
*de Republ. lib. 1. cap. 6. pag. m. 91.* dum inquit: tam-  
 et si Romano Jure *L. 5. de captiv. L. in bello. cod. amitte-*  
 re



14.

tere civitatem cuique integrum est; & in Hispaniâ liberum cuique, aliò commigrare & alienæ civitati adscribi, dum id testato apud Principem fiat: omnibus tamen Principibus ac civitatibus pro jure Majestatis ac Imperii cives domi continere semper licet, ac licebit. Et hoc in Moschoviâ, Tartariâ, Æthiopiâ observatur, cum nonnunquam in iis locis ac regionibus soli sterilitate & coeli spirabilis intemperie incolæ sint magis rari, *add. Menoch. consil. 1676. Roman. Consil. 59. Bertaz. Zol. consil. civil. 56. num. 18. Martin. Rumel. ad Aur. Bull. Carol. IV. part. 2. dissert. f. thes.* Quanquam *per L. Titio. 71. §. 2. ff. de Condit. Nicol. Myler. ad loc. citat. Rumel. lit. a.* contrarium verius esse censeat, præsertim cum in allegata lege dicatur, non esse locum cautioni, per quam jus libertatis infringitur; *add. Ritter. de homag. cap. 8. num. 22. Franc. de Amay. lib. 1. observat. cap. 6.* Quæ tamen lex cum de cautione ad impeditionem libertatis à privato instituendam loquatur, præjudicare ægre poterit, prohibitioni migrationis à summo Principe proveniente, videlicet si illam boni publici conservatio, atque inevitabilis mali vitandi necessitas suadeant. (3.) Discedere non licet tam gregatim, quam 4  
singulatim, si societatis intersit: quam regulam naturalis æquitatis Romani etiam in privatis societatibus dimittendis sunt secuti. Licet enim Cicero pro Balbo laudet jus illud, ne quis in civitate maneat invitus; & fundamentum vocet libertatis, sui quemque juris & retinendi & amittendi esse dominum: semper tamen, ut rectè inquit Proculus *in L. actione. §. labeo. f. pro soc.* non id, quod privatim interest unius ex soci-

fociis, servari solet, sed quod societati expedit. Intererit autem societatis civilis, non abire civem, si magnum contractum sit æs alienum, nisi paratus sit civis in præsens partem suam exsolvere, item si fiducia multitudinis bellum sit susceptum, præsertim si obsidio immineat, nisi paratus sit civis ille alium æque idoneum substituere, qui Rempublicam defendat. Extra hos casus credibile est, ad liberam civium discessionem consentire populos, quia non minus ex eâ libertate commodi lentire aliunde possunt, *vid. Hug. Grot. de Jur. Bell. & Pac. lib. 2. cap. 5. §. 24. & ea que dicta sunt supr. cap. 1.* Plura adicere fertilissima huic materiæ recuso: suadet, non diffiteor, nobilem quæstionum copiam detractionis commo- dum, quemadmodum & arduam disceptationum messem exhibet concessum emigrationis beneficium, sed causam, meo nomine, conficiant consultissima Politicorum placita, fideque insimul digna Jurisperitorum tradita, quæ primâ statim fronte uberrimam scribendi amplitudinem spirant, pariter ac manum admoventi laboriosa certè servitia haud denegant; ex quibus etiam ea, in præsentia disserta- tione, adhibere licuit, quæ sequens Doctorum cata- logus, quem deprædicanda Fautorum atque Patro- norum Jenensium facilitas quadantenus adjuvit, fu- sius rem & alius peragentem edocet: *videantur idcirco. Hug. Grot. de Jur. Bell. & Pac. lib. 2. cap. 5. num. 24. ibique Dn. Caspar. Zigler. Manz. quest. 18. & 19. ferè per tot. David. Mev. ad Jus Lubecens. lib. 1. tit. 1. art. 8. num. 25. & seqq. Jos. Nolden. de Star. No- bil. cap. 16. num. 146. Georg. Adam. Struv. Syntagm.*

Jur



*Jur. Feudal. cap. 16. thes. 15. Bernhard. Bertram. de Pac.  
 Religios. thes. 49. Godofred. Suer. ad cit. pac. Relig.  
 proposit. 7. thes. 6. Thom. Merckelbach. ap. Cass. Klock.  
 tom. 1. consil. 20. vol. 2. num. 355. Schrvanemann. Com-  
 pend. Jur. Emigrand. per tot. Johann. Jacob. Speidel.  
 verb. Abzug. 28. Christ. Ming. de superioritat. Territo-  
 rial. cap. 6. num. 83. Caspar. Klock. de Arar. lib. 2. cap.  
 69. & de Contribus. cap. 1. num. 240. Christ. Lehmann.  
 de Pac. Religios. lib. 3. cap. 22. vot. 8. & 13. & cap. 35.  
 quest. 6. & passim. Henric. Andr. Cran. de Pac. Relig.  
 Dissertat. part. 1. problem. 2. Christ. Besold. Thesaur. à  
 Christ. Ludovic. Dietbert. adact. Pract. verb. Ab-  
 zug. 14. quem etiam allegat. Johann. Becheolt. loc. comm.  
 pag. m. 126. & 157. Ahasver. Fritsch. de Jur. Publ. vol. 2.  
 Disputat. 4. per tot. Nicol. Myler. ad Martin Rumelin.  
 Aur. Bull. Carol. IV. part. 2. Dissertat. 5. cap. 16. thes. 1.  
 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & part. 3. Dissertat. 2. thes. 7. Thom. Mi-  
 chael. de Jurisdiction. thes. 49. lit. e. Benedict. Carpzov.  
 ad Leg. Reg. German. cap. 14. sect. 2. per tot. & in Ju-  
 risprud. Forens. part. 3. constitut. 38. definit. 10. num. 2.  
 & part. 4. cap. 13. definit. 5. & pract. crim. pag. 3. quest.  
 131. num. 57. Paul. Matth. Wehner. in Obserwat. Pract.  
 verb. Nachsteuer. Matth. Berlich. part. 3. Conclus.  
 pract. 51. Johann. Dausb. Tractat. de Testament. num.  
 96. Nicol. Myler. de Princip. & Stat. Imper. c. 63. Petr.  
 Frider. Mindan. de Process. lib. 1. cap. 30. & 1. mandat.  
 cap. 40. sect. 5. num. 6. Eginolph. Discurs. ap. Goldast. in  
 Reichs. Handlungen. part. 21. cap. 2. Petr. Leopold. ad  
 ad Constitut. Pacif. Religion. thes. 2. Henric. Klock. de  
 Veltigal. thes. 31. lit. D. Andr. Rauchbar. quest. 15. num.  
 25. part. 1. Maximil. Faust ab Aschaffenburg. Consil.  
 M pro*

pro Erar. 238. Class. 4. ordinat. 389. Ernest. Corbman. Re-  
spons. Academ. 19. Hahn. ad Wesenbec. ff. si usus fruct. per.  
num. 2. Marc. Anson. Peregrin. lib. 3. consil. 101. num.  
9. Schrad. Tractat. de Feud. p. 2. p. 9. pr. sect. 12. num.  
103. Agid. Thomat. in Tractat. de Collect. pag. m. 440.  
num. 15. Schepliz. in Consuetud. March. part. 3. tit. 3.  
§. 7. Johann. Koppew. decis. 5. & decis. 11. per totum.  
Fürstl. Württembergische Lands-Ordnung/  
tit. vom Burg-Recht / §. so einer ein  
Bürger = Recht. ibique Lindenspur. & in  
Analys. Pac. Relig. §. wo aber unsere. 17.  
Fürstl. Magdeburgische Pollicey = Ord-  
nung / cap. 29. vom Abzug. pag. m. 112.  
Francis. Marc. part. 1. Decis. 637. num. 3. Petr. Syring.  
de Pac. Religion. conclus. 35. Dominic. Arum. ad Aur.  
Bull. Carol. IV. discurs. 6. thes. II. & seqq. And. Gail.  
Observat. pract. 36. num. 7. lib. 2. Conrad. Corpzov. &  
Crull. de Pac. Religios. ad §. wo aber unsere.  
Ott. Meland. ad Process. Meur. part. 2. tit. de Confliz.  
sup. Pac. Religios. Gylmann. 3. Symphorem. 1. tit. 3.  
num. 4. & rev. Judicat. Camer. Imper. lib. 2. decis. 56.  
num. 17. Jacob. Menoch. Consil. 1176. Philipp. Aadr. Bor-  
goldens. in notit. rer. Imper. Roman. German. part. 1.  
disc. 15. §. 5. & seqq. Martin. Mager. à Schönberg. de ad-  
vocat. armat. cap. 10. num. 99. Petr. Caball. vol. 2. con-  
sil. 209. per tot. Heinric. Bruning. de Jur. Universit.  
conclus. 39. lit. A. Hartmann. Pistor. 1. quast. 50. num. 51.  
Jacob. Bornit. de Erar. cap. 31. Modestin. Pistor. 1. Con-  
sil. 31. num. 51. Philipp. Dec. Consil. 457. per tot. Domi-  
nic.

mic. Cardin. Tusch. Concluf. Prædic. tom. 7. tit. G. con-  
 cluf. 5. num. 10. Confil. Argentorat. vol. 2. confil. 47. n.  
 74. & feqq. Colleg. Argent. tit. ad municip. thef. 9. Pruc-  
 mann. in S. foluta potestas cap. 2. memb. 2. eff. 6. num. 31.  
 Georg. Gumpelzhaim. de Interregni. th. 36. Instrument.  
 Pac. Cesar. Suecic. art. 3. num. 12. ihique Burgold. Ge-  
 org. Braudlacht. Epitom. Jurisprud. lib. 5. cap. 1. num.  
 22. Quirin. Cubach. ap. Dominic. Arum. de Jur Publ.  
 vol. 4. discurs. 23. Reichs-Abschied zu Aug-  
 sburg / de Ann. 1555. S. wo aber unsere.  
 Francisc. Burckard. Aut. Autonom. von Frey-  
 stellung der Religion / part. 3. cap. 32.  
 Petr. Heig. ad Caspar. Klock. confil. 51. num. 244. Georg.  
 Schönborn. 4. Polit. 6. Jacob. Lampad. de Rep. Roman.  
 German. part. 3. cap. 11. S. 17. & feqq. Herm. Hermes.  
 Fascic. Jur. Publ. cap. 13. quest. 8. num. 15. Laurent.  
 Dehm. de Jur. Episcop. thef. 14. in fin. Johann. Bodin.  
 de Republ. lib. 6. cap. 2. Tit Liv. de Bell. Macedonic.  
 lib. 4. cap. 53. Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. Jur.  
 universit. lib. 15. cap. 11. num. 4. Innocens. Gentiles. ad-  
 vers. Machiavell. libr. 3. theor. 3. Arnold. Engelbrecht.  
 de Jurisdiction. Imper. thef. 135. Christ. Liebenfhal.  
 Colleg. Polit. Exercit. 15. quest. 8. Johann. Norder-  
 mann. de Jur. Princip. conclus. lit. B. Johann. Georg.  
 Becht. de Securitat. & Salv. Conduct. cap. 2. num. 85.

Atque hi cum aliis , largissimè ab iisdem  
 citatis , satisfacere ut opinor , queunt la-

M 2 tranti



tranti forsitan stomacho eorum , qui jura  
detractionis , à me in *cap. 4. & 5.* saltem  
delineata , in hâc materiâ ex professo per-  
pendere satagunt. Tibi interim , bene-  
vole Lector , hoc meum conamen com-  
mitto , Teque æterno Musarum Pa-  
trono animitus commendo.  
Vale igitur & fruiere.



Sic

**S**ic rectè migras, nostrisque  
recedis ab oris,  
Sic benè, dum Musis debi-  
ta solvis, abis.

*Ita Nobilissimo Dn. Respondenti de  
Studiis benè tractatis gratulatur  
ex animo*

**JOH. CHRISTOPH. Waldner/**

J.U.D. Prof. Publ. h. t. Facultatis  
Juridicæ Decanus.

*Generoso atque Maximè Strenuo*

**Dn. JOACHIMO à Grittwitz/  
EQVITI SILESIO,**

*Cum ante suum ad Exteros abitum  
DE*

**JURE EMIGRANDI  
ERUDITE DISSERTATIO.  
NEM CONSCRIBERET:**

Ritè;



**R**ite, migraturus, pertractas jura mi-  
grandi.

Quæ Tibi suaserunt fama, Camæna,  
labor.

Cceptâ insiste viâ, nec lassâ desine mente,  
Quò Te Fata trahant, currere laudis  
iter.

Sic de Nobilitas, Virtus, & Musa beabunt  
Stemmata, honore, animo, corpore,  
fede, bonis.

*Amicitia contestanda gratiâ  
scribeb.*

**PRÆSES.**

**FINIS.**

Zeck, Diss., 1673 M-2

ULB Halle


005 360 82X

3




1517









Farbkarte #13

B.I.G.

1679, 29

*[Handwritten signature]*

20

4.

LIBRA  
RANDI

*(12)*

ÆSIDE  
ORG. SIMONE, D

ANDA. PROPONIT  
M. A. *[Handwritten signature]*  
S. SILESII

ENÆ  
LLERIANIS. 1679.

8.